

P R A X I S
AVREA, ET QVOTIDIANA
NOVISSIMAE PROBATIONIS
IVRISPATRONATVS,
eiusdemque existentiaz, & pertinentiaz,
I F F E X T A S ACRI CONCILII TRIDENTINI
seriem, Rotæq; Romaneq; Curie, aliorumq; Ecclesiasticorum
Tribunalium inueteratum stylum, atque Ritum.

Authore Clarissimo Viro Patritio Neapolitano
JOANNE A LOYSIO RICCIO
EPISCOPO VICIEQVensi.
OPUSCULUM SANÆ AVREVM, NUNC PRIMVM
prodit, diù expeditum, & singulis Prælatis, Vicarijs, Ad-
uocatis, cœterisque in foro versantibus utilissi-
mum, ac apprimè necessarium.
GYM GEMINO INDIGE, ALTERO SCILIERT
Argumentorum, altero verò Rerum Notabilium.

EX LIBRIS
SUPERIORVM PERMISSV.



ET PRIVILEGIO REGIO:



NEAPOLI, Apud Dominicum Maccaranum MDCXXX.
SVMPTIBVS FRANCISCI BALSAMI.

Imprimatur.

Alexander Russus Locumtenens:
Vidit Io. Dominicus Pizzella Canonicus, & Locumtenens
in criminibus.

ILLVSTRISSIME, ET EXCELLENTISSIME DOMINE.

VT tuis parerem mandatis percuntatus sum opusculum hoc Illu-
strissimi, & Reuerendissimi D. Episcopi Viciequensis Aloysij Riccij
Viri Patritij Neapolitani, in quo cum nihil obnoxium reperiam, sed
cuncta limate, & perdocte iuxta morem dicta reperiam, ideo Typis dari
posse censeo, si ita tamen Excellentia sua assentiarur, sicque refero. Da-
tum ex Edibus die 16. Aprilis 1639,

Vestræ Excellentiaz

Deditissimus, & Humaillimus Seruus

Jo. Maria Nonarius I.C. Lucanus Deputatus.

Imprimatur.

Tapia Reg.

Enriquez Reg.

Lopez Reg.



VRBANO OCTAVO

Pontifici Optimo Maximo.

ALOYSIVS RICCIUS EPISC. VICIEQVENSIS.



*I H I L est (Beatissimè Pater) quod non
debeam tibi, qui me de nihilo erexit, &
à tot Principibus destitutum sola digna-
tione miserationis tuae ad gradum digni-
tatis Episcopalis ascendere passus fuisti,
sed ubi summa in te dante amplitudo est,
sicuti parum officit longe imparem esse mei accipientis condi-
tionem, ita pariter nec quidquam obest parem gratiam non
referri, & ideo cum mihi omnia desint, grati animi signifi-
catio compensabit editione libri huius, quem, qualiscunque
sit tibi (benignissimè Pastor, & benefactor, offero) pignus
obseruantia in te mea, & grati animi tuorumque beneficio-
rum memoris argumentum, interea verò, quod per hunc
reliquum vitæ spiritum possum, Deum optimum maximum
ut tuam Beatitudinem Christianæ Republicæ diutissimè ser-
uet incolorem praeor.*

III.^{mo}, eidemq; Reu.^{mo} Principi
D. FRANCISCO BARBERINO
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

Ex Fratre Sanctissimi D. N. Diuina Prouidentia
V R B A N I P A P A E V I I I .
Nepoti, & suo Dño obseru.^{mo}.
ALOYSIVS RICCIUS EPISC. VICIEQVENSIS F.P.

TALIS tantusq; fuit tuorum
erga mefauorum cumulus,
tam plura innumerabilia
immense benignitatis argu-
menta, vt ex tunc temporis
semper diuinq; noctuq; stimulis acutissi-
mis fuerim deuinctus, cogitans qua tan-
dem officij vicissitudine pro mea saltē
ex parte, & mediocritate illis responde-
re valerem, & vndique profectō meam
respi-

respiciens tenuitatem , tandem putau
aliqua consequi posse , si ingenioli mei
partus,& vigiliarum fructus,tuo nomi-
ni imò numini dicarem,ecce igitur hoc
opusculum materiam probationis , &
existentiae Iurispatronatus continens ,
nunc primùm in publicum commissū
tibi Illuſtrissime Domine ad obſeruan-
tiam in te meam omnibus ampliſſimē
declarandam , dō dedo , & trado , gra-
tuimq; habeas opus,quia gratus animus
offert, meque tuorum tibi multitudine
beneficiorū obnoxium, & planè deuin-
ctum, hac extremae benevolentię signi-
ficatione foue , atque complectere vale
Romanæ Vrbis decus firmaq; colūna.
Datum Neapoli die 16. Aprilis 1630.



*IOANNES ANTONIVS NOVARIVS V.I.D.
& Ecclesia Neapolitana Canonicus*

A D L E C T O R E M.

Quantum hic nouissimè probationis Iurispatronatus existentiaz, & pertinentiaz Tractatus admodum Illustris, & Reuerendissimi Domini Riccij Episcopi Viciequensis (Dilectissime Lector) præ cæteris operibus per eum in lucē editis, cunctis in foro Ecclesiastico versantibus necessarius sit, ipsa experientia docebit, nam licet materiam hanc plures præclarissimi Authores diligenter scripserint, tamen nullum ex ante dictis quos tam antiqua, quam nostra ætas post S. C. T. tulit, hucusque tam luculenter ordinatè, & ad vsum Praxis scripsisse ex professo viderim, vnde meritò obseruandissimo meo Authori, non solum quæ præfati clarissimi viri varijs in locis scripsere, quasi fasciculo quodam in vnum adnectere, & reducere, ita ut non dum per vaga scribentium volumina perquirere ac diuagare necesse sit; sed etiam quamplurimas absconditas in Iure quæstiones à nemine agitatas, ad publicum cōmodum in medium adducere visum est, opus quidem meo iudicio (ni animi mollitie trahar, ob gratitudinem quā ipsi profiteor) tam Episcopis, quam Vicarijs, Aduocatis Fisci, & Curiaz Ecclesiasticæ apprimè vtile pro indicanda, & aprienda via sic obumbrata, & modis probandi Iuspatronatus, iuxta dispositionem S. C. T. quod si attentè, diligenter, & studiosè perleges, equidē non nomine, sed re peritus euades, & me semper commendatum habebis; & interim quartam partem Praxis in duos libros distinctam, necnon octauā partem Collectanearum Decisionum eiusdem celeberrimi Authoris, quæ ad præsens imprimuntur expectabis.

ILLV-



ILLVSTRISSIMO DOMINO AVTHORI
A L O Y S I O R I C C I O
VIRO PATRITIO NEAPOLITANO,
ET EPISCOPO VICI EQVENS,
D. AMBROSIUS CELENTANVS.

RICCIUS aeterno spectari dignus in Ostro
Vel qui Romuleo nomine scepera regat
Virtutum fama soto celeberrimus Orbe
Exuperas cunctos qui probitate viros
Si laudes velles meritas offerre Maronis
Musa , vel Eusni Vatis inesse cades
Integritas Animi Studio spectata perenni
Extulis antiquum nobilitate genus
Exornat Clerum noster nunc Praesul , & Urbem
Qui Petri posset solus babere gregem.



PYRRHI



PYRRHI CORRADI V. I. D. METROPOLITANAЕ
Ecclesиæ Neapolitanæ Canonici


AD AVCTOREM EPIGRAMMA.

ALTER gemmiferi gremium scrutetur Iberi,
Alter diuitias aurifer Herme tuas,

Hic ripas Pactole tuas , hic Gangis oberres,
Hic , & Erythrai littora rubra maris.

AET ego maiores mibi legum ex aequore gemmas
Dijquiram , è libris RICCI operose suis.





IO. ALOYSII RICCII
VIRI PATRITII NEAPOLIT.
ET EPISCOPI VICIEQVENSIS
METHODICA PRAXIS

Nouissimæ probationis iuris patronatus

Iusta formam, & dispositionem Sacri Concilij Tridentini.



SUMMARYM. ARGUMENTVM.

- 1 **M**odus probandi *t*- *Diuisio probationis iuris pa-*
tulum Iurispatr- *natus priuatorum, que*
natus priuatorum, & *nam sit.*
magnatum differt.
- 2 *Verba Concilij sess. 25. cap.*
5. de reformat. reponuntur.
- 3 *Ius patronatus priuatorū*
qualiter probetur.

RESOLVTIO I.

TRACTATVRVS
de nouissima
iuris patronatus
probatione operæ pretium
putauit per prius diuisionē
A iuris

2 Io. Aloysij Ricciij Episc. Viciequens.

Iurispatronat⁹ priuatorum
probationis referre, † Nam
Sacrum Cōciliū Tridēn-
tinū sess. 25. cap. 9. de re-
format. distinguit modum
probandi titulum Iurispa-
tronatus in personis priua-
tis, ab alijs Magnatibus,
Communitatibus, seu vni-
uersitatibus in quibus usur-
patio præsumitur, cuius sa-
nè Concilij verba sunt que
sequuntur.

2 Decernit Sancta Syno-
dus, ut Titulus Iurispa-
tronatus sit ex fundatio-
ne, vel dotatione, qui ex
authentico documento, et
alijs à iure requisitis, siue
ex multiplicatis præsen-
tationibus per antiquissi-
mum temporis spaciū,
qui hominum memoriam
excedat aliasue secundum
iuris dispositionem. In his
vero personis, seu Com-
munitatibus, vel uni-
uersitatibus in quibus id
ius plerumq; ex usurpa-
tione potius que situm pre-

sumi solet, nec immemor-
abilis temporis probatio ali-
ter eis suffragetur, quam
si præter reliqua ad eam
necessaria præsentationes
etiam cōtinuate non mi-
norī saltem, quam quin-
quaginta annorum spa-
cio, omnes effectum sorti-
tae sunt authenticis scri-
pturis probetur.

Quoad personas igitur
priuatas tres assignat mo-
dos probati Iuspatronatus,
quorum primum est ex au-
thenticis instrumentis fun-
dationis, vel dotationis, de
quibus si doceatur resultat
clarissima probatio, ut dixit
Nouarius in suo iur. pon-
tic. nouo cōclu. 1. sub tit.
de iur. patron.

Alius modus est per mul-
ticipatas præsentationes à
tempore immemorabili, si-
ue per præscriptionem im-
memorabilem præsētandi.

Et Tertius, secundum
iuris communis dispositio-
nem de quibus omnibus si-
gillatim

gillatim videbimus, quibus visis ad probationem Iurispatronatus Magnatum, & vniuersitatū deueniemus, & ad alia singulatim.

SV M M A R I V M .

- 1 *Dicitio ita demum fiat, vel aliter fieri non possit, formam inducit.*
- 2 *Lex vtens dictione dum tamen, & similibus inducit formam.*
- 3 *Forma quando dicatur inducta.*
- 4 *Forma adimpleri debet specificè, alias actus corruit etiam si ageretur de causa fisci nu. 5. non obstante cōvētione partiū ut n. 5.*
- 5 *Probatio Iurispatronatus authenticis scripturis est pro forma inducta.*

*An fuerit pro forma introduc-
tum à Sac. Cōcilio, ut probatio Iurispatronatus au-
thenticis scripturis fiat.*

RESOLV TIO II.

- 1 **P**RO introductione est animaduertendum,

quid fuisse pro forma introductū varijs modis cognosci posse, primò ubi cumque in dispositione legis dicitur, ita demum fiat, vel aliter fieri non possit, Bart.in l.fin. C.de ven.rer. ciuit, lib. 11. & Felin. in c. cum dilecta , colum. 19. de rescript. Leonar. consil. 114. altissimi num. 143. inter consilia Bruni, Mant. cons. 116. num. 14. & forma ipsa tunc etiam inducta dicitur quando datum sit quippe aliud per prius, vel posterius, Felin.in d.c.cum dilecta vers. 6. signū, & Veral. decis. 175. seu 3. literę t resignationis n. 3. in 2.par. & deniq; lex vtens illis verbis, ita tamen, dum tamen, & similibus, verba hæc, tūc dubio procul formam quoque inducunt, ita Ruin. in l.i.ff.de oper.nou.nunciat. Cefal.consl.480.cum spect. nu. 31. & sequitur in consl. 598. Magnificus num. 25. volum. 4. inductaq; etiam videtur forma quando in explicando actu , tempus adiicitur, ut in authen. quæ

A 2 suppli-

supplicatio C. de precibus
imper. offeren. Marsil. conf.
65. nu. 4. Felin. n. 33. & alij
vnanimi cōsensu omnes in
c. cum dilecta de rescript.
Beccius. in conf. 12. nu. 25.
& conf. 63. num. 44. vol. 1.
Surdus conf. 124. ex forma
num. 5. immò inducitur si-
militer forma vbi cunq; ali-
quid exprimitur aliter quā
requiratur à iure communi
vt Aret. in l. 1. ff. de liber. &
posthum. Ancar. conf. 241.
ex tenore priuilegij num. 6.
Rola. cum alijs coaccerua-
tis per eum conf. 72. stante
statuto nu. 61. vol. 3. Bec-
cius d. conf. nu. 14. & num.
24. Surdus in d. conf. 124.
num. 3. & sic de forma cen-
serit illa solemnitas, quæ
actui non ineſt, ſed de no-
uo adiicitur, ita Mor. in l. in-
eum, qui in fn. de acquir.
hæred. & Calca. consil. 24.
col. 6. ſicuti poſtremo for-
ma ſubſtantialis inducitur
vbi cunque appoſitū eſt de-
cretum irritans, vel diſpo-
nens adiecit nullitatem ad-
verſus non obſeruantiam
ſuę diſpositionis, vt Bald.

Ang. Alex. Iaf. & alij vni-
uerſaliter omnes in d. l. 1.
ff. de libe. & poſthum. Man-
dos. cum alijs signatis per
eum, conf. 98. quæſitum
num. 11. vol. 1. & tandem
forma ipſa, etiam per præfi-
xionem temporis induci-
tur, Iaf. conf. 191. num. 6.

4 Est item pro introductio-
ne animaduertēdum, quod
forma debet impleri ſpeci-
ficè ſeruarique vt iacet, in-
tegraliter, & ad vnguem, &
ea nō ſeruata etiam in mi-
nima qualitate corruit a-
& eus, & vitiatur diſpositio,
ex quo ita transgreditur in
minimo defectu, ſicut in
magno. c. quæritur, §. epis-
copus 22. q. 2. Felin. in cap.
cū dilecta, extra de rescript.
Grammat. decis. 79. in cau-
ſa, sub num. 14. Laur. de
pinu. consil. 116. num. 10.
& conf. 151. nu. 7. Riminal.
iun. consil. 467. circa pri-
mum num. 13. & 42. vol. 4.
& conf. 247. caſus nu. 28.
Cæphal. conf. 422. conſti-
tutiones num. 6. vol. 3. Me-
noch. conf. 443. nu. 2. vol.
5. vbi hoc amplificat quo-
que

que procedere, vbi cunque
ageretur de causa pia, & fa-
uorabili, † adeo, q̄ ipsi for-
mæ nihil addi, vel detrahi
potest Ias.conf. 149.nu. 11.
lib. 2. quoniam nullus dici-
tur actus, quando aliquid
deficit, ita Gomes. in reg.
idioma, quæstio. 8. consistit
enim forma ex integritate,
vt Decius in l. hac consul-
tissima num. 12. C. qui 6
testam. face.poss. Cæphal.
conf. 421.num. 28. & conf.
438.num. 4. vol. 3. & sic in-
nobseruantia formæ facit ac-
tum nullum l. cum hi, S.
prætor, ait ff. de transact. c.
venerabili de offic. deleg.
& c. pisanis de restit. spolia.
Dom. in cap. romana, §. sed
nec de senten. excom. lib. 6.
Abb. Felin. & alij in c. cum
dilecta extra de rescriptis,
Dec. conf. 229. & Afflict. in
constit. instrumentorum
robur, sub num. 25. & decis.
355. si præstitus nu. 3. cum
alijs seqq. & Plot. cum alijs
aggregatis per eum cōf. 30.
sub num. 63. Cæphal. conf.
582. conclusio, nu. 32. vol.
4. & d. conf. 422. num. 7.

vol. 3. Grat. conf. 140. num.
3. vol. 1. Grāmat. decis. 79.
num. 11. Mant. consil. 198.
nu. 9. de Franch. decis. 185.
num. 2. & seq. Bero. consil.
89. nu. 3. vol. 3. & conf. 101.
num. 14. eod. volum. nam
forma non seruata, propriè
substantia perire dicitur de
Pinu. conf. 68. num. 6. imò
si millies partes consenti-
rent, vt forma non seruata
haberetur pro expressa, &
perinde ac si fuisset adhibi-
ta, tunc huiusmodi conuē-
tio nihil operaretur Imol. l.
quicquid astringendę, ff. de
verbor. obligat. Butr. in
c. prudentiam extra de of-
fic. deleg. & Hondode. cōf.
71. in proc. facto, Ruin. in
l. 1. §. qui præsens num. 5. ff.
de verbor. obligat. in tan-
tum quod non valet actus,
etiam si recedatur à forma
de voluntate, consensuque
partium, Bart. in d.l. cum hi
S. prætor ait, Bald. in l. 1. C.
qui admit. & Felin. & alij
in c. si diligenti extra de-
foro compet. Freccia in
tract. de præsen. instrumen-
torum, secundum formam

Ritus

6 Io. Aloysij Riccij Episc. Viciequens.

Ritus in 9. par. q. 8. nu. 11.
& seq. Riminal. in d. consil.
467. num. 12. nec forma
omictéda est etiam si actus
expediretur in melius, ita
Felin. in c. causam sub nu.
8. extra de iudic. & Gomes.
in S. fuerat. institut. de act.
forma enim dat esse rei No
uarius latè de elect. fori q.
2. num. 5. sect. 1. in nouiter
impressis.

6 Et quoniam Conc. in
hac parte assignat certam
formam, ideo est præcisè
seruanda l. non aliter, ff. de
legatis 3. cap. cum dilecta,
vbi latè Felin. de rescriptis,
cap. si cui de non sacerdo
tali de præbendis lib. 6. Pa
ratus. consil. 12. num. 47. &
consil. 15. num. 23. volum. 3.
Rota decis. 13. num. 22. de
concess. præbend. in nouis,
& decis. 8. de Dolo, & con
tumacia in nouis, ita quòd
si in minimo deficiat forma
nihil actum dicatur, & to
tus actus corruat, Felin. in
d. cap. cum dilecta num. 10. 2
de rescript. Mohed. decis.
17. num. 1. de caus. possess.

Caputaque decis. 250. p. 1.
& decis. 143. num. 5. p. 3.
Mádosius in reg. 27. quæst.
20. a num. 16. & 17. Et ad
vnguem est seruanda De
cius consil. 532. num. 4. & 5.
Tiraquellus de retractatu
conuention. §. 4. gl. 6. num.
31. cum sequentibus.

Quòd autem assignetur
pro forma, vt ista proba
tio fiat per scripturas de
claravit Sacra Congrega
tio Concilij in hæc verba,
(Cōgregatio cōmuni om
nium consensu censuit re
quiri pro forma, vt proba
tio fiat per authēticas scri
pturas) & ita pluries deci
sū in Romana Rota docet,
in terminis Nouarius con
cluſ. 2. sub nu. 3. de l urepa
tronatus.

S V M M A R I V M .

*Probatio Iurispatronatus
non potest fieri per æqui
pollens.*

*Forma legis magis quam
ratio attenditur.*

A R.

ARGUMENTVM.

An huiusmodi forma scilicet probandi fundationem, & dotationem iuris patronatus authēticis scripturis pos sit adimpleri pro equipollens.

RESOLVTIO III.

Respondi negatiuē si quidem supradiximus, q̄ forma vbi deficit, deficit esse rei l. nō sicut libui, ff. de stat. hom. & sic vbi nō adest forma, ibi non est esse l. Julian. S. sed & si quis ff. ad exhibend. c. quia propter de elect. ideo non immerito tenor, & forma priuilegij, siue rescripti, siue contractus, dat legem rescripto contractui, & priuilegio, vt per Bald. in c. i. col. 7. in tit. an Agnat. & facit tex. in c. porro, & in c. accepimus de priuilej. Inno. Abb. & alij in c. per venerabilem, extra qui filij sint legit. Curt. sen. conf. 8. & 10. quia forma ex verbis, dum

tamen, inducitur Cēpha. cons. 480. cum spectabilis num. 31. vol. 4. inducitur per verba, ita tamen Cēph. consil. § 98. Magnificus nu. 25. vol. 4. & eo magis cum forma legis magis quam ratio attenditur, vt per Mātuam consl. 143. nu. vbi ponit hoc mirabile forē est, quæ verē legis forma ordinata dispositio, ordinans certos actus, & fines hominis, vt in l. forma, & in l. certa forma, ff. de iure fisci, & not. Afflict. in tract. de iure prothom. S. 2. vt infra 50. dies sub num. prim. Cēphal. consl. 438. inquisitionis nu. 7. col. 3. & forma rei est vltima profecti, substantialis ipsius, & sic ordinata quedā series rem ad substantiam deducens, teste Bal. in l. quia indignus colum. 1. ff. de senat. Affl. in S. 2. num. 2. Marc. Mant. consl. 232. num. 11. Cēph. consl. 421. Vera, decif. 35. volum. 3. & actus vitiatur, non solum si contra formam: verum quoq; si praeter illam fieret, Io. Andr. & alij

alij in cit. cap. prudentiam
Rimin. iun. conf. 467. num.
.9. & hinc est, quod vbi lex
præcipit fideiussorem præ-
stari debere, tunc non suffi-
ciet dare pignus, vt com-
muniter scripsierunt DD. in
1. i. ff. qui satid. cogantur,
& præcipue Alex. num. 6.

Et hanc tenendo opinio-
nem non obstat Regula,
quod nihil refert, quid ex 3
equipollētibus fieri ad tex-
in l. si ita cum concordan-
tibus, ff. de leg. 1. quia hæc
regula procedit, quando à
iure non est forma in con-
trarium tradita, Alexan. in
conf. 128. vol. 1. prout in
casu nostro.

Vndè firmandum est hu-
iusmodi formam, de qua in
Concilio circa probationē
Iurispatronatus per equi-
pollens non posse adimple-
ri, vt in terminis voluit, Ro-
ta in causa Sabiéfi beneficij
de anno 1582. coram Illu-
stris. Card. Aldobrandino
tunc Rotæ Auditore, & in
vnâ Bononien. Iurispatro-
natus 1589. coram R.P.D.
Giptio, & s̄epius declar-

uit Sacra Illustrissimorum
Concilij interprætum Con-
gregatio.

S V M M A R I V M .

*Instrumentum in se habet
tres præsumptiones, ita ut
ex his transfertur onus
probandi contrarium in
aduersarium num. 2.*

*Instrumentum facit rem
notoriam, prout senten-
tia.*

A R G U M E N T U M .

*Cur instrumentis authenticis
fundationis Iurispatrona-
tus detur tanta fides.*

R E S O L V T I O I V .

REspondetur, quia pro
instrumento tres o-
riuntur præsumptiones, q
sit verum, quod sit solemne
quod sit de contrahentium
voluntate factum, quod sit
verum notatur in l. eum
precib. c. de probat, quod si
sollemne in l. sciendum, ff.
de verbis obligat. & quod
sit de

- 1** sit de voluntate partium contrahentium, & ipsarum mandato factum in §. nos autem in auth. de tabellionibus Bar. in l. 1. ff. de oper. nunciat. Prat. in cap. 1. §. si instrumentum de notis feudor. & post las. in cons. 137. num. 6. vol. 4. 117. num. 1. Franciscum Marcum in decis. 5 1. num. 1. qui dicit tantum in duobus præsumptionib' veritatis, & sollemnitatis, Gramma. in decis. 45. nu. 10. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13.
- 2** Quæ præsumptiones sunt tantæ potentiae, quod transferunt onus probandi in aduersarium, ut voluerunt, Bart. & Bald. in l. 1. C. de iuram. Franciscus Marcus in decis. 5 1. num. 1. vol. 1.

- 3** Et facit instrumentum rem notoriam quemadmodum facit sententia, Bart. in l. 1. quæst. 1. ff. de oper. noui nunciat. Franciscus Marcus in decis. 5 1. num. 2. vol. 1. & alij communiter. Et quod constat per instrumentum dicitur constare evidenter, & mani-

festè, quintūmo evidenter. simè capit. cum dilecti, vbi Abb. Panormitan. de donat. cap. licet causam de probat. Grammatic. decis. 66. numer. 24. Carauita in ritu 174. numer. 2. vbi quod per instrumentum sit realis probatio, & certa manifestissima liquida potens, ita ut vbi sit instrumentum non sit dubitandum, ut promiscue, Baldus in l. quoties in fin. C. de iudicat. in l. 2. colum. 1. Pau. de Castr. in cons. 157. vol. 2. Alex. in cons. 37. volum. 6. Angel. in cons. 49. idem Bald. in cons. 233. & in cons. 215. Paris. in cons. 10. nu. 95. in cons. 77. nu. 3. Roland. à Valle in consil. 63. num. 4. vol. 1. Crauetta in col. 31. in fine, & instrumentum super facto celebratum indubitanter, probat Dec. in cons. 42. sub nu. 10. Natta in cons. 632. nu. 16. vol. 4. Et vbi est instrumentum non est necessaria fori discussio, idem Paris. in cons. 54. & cons. 14. nu. 64. volum. 1.

S V M M A R I V M .

- 2 *Habens instrumentum pro se habet probationem probatam, & casum legis num. 2.*
- 3 *Iudicari contra instrumentum in dubio non debet.*
- 4 *Instrumentum debet reduci ad concordiam, & quid agendum, ubi id nequis fieri num. 5.*
- 6 *Testibus deponentibus contra instrumentum, quando detur fides, & per summum discursum.*

A R G V M E N T V M .

An contra instrumentum, authenticum fundationis Iuris patronatus admittatur probatio in contrarium.

R E S O L V T I O V .

- 1 **N** Egatiuè videtur concludendum nam secundum iuris regulas habens instrumentum pro se dummodo confectum fuerit in forma publica, & sic

authenticum sit, habet probatam probationem, & obtinere debet, Alex. consil. 37. num. 16. Dec. consil. 439. Parif. consil. 109. num. 9. vol. 3. Cæphal. consil. 180. nu. 4. Curt. iun. consil. 109. Et habens pro se instrumentum authenticum, dicitur habere casum legis, Bald. consil. 215. col. 2. in fi. vol. 2. Surd. cōs. 452. nu. 9. vol. 2. Muta in consuet. Panorm. cap. 16. Mascard. de probat. conclus. 506. Nouarius in suo oper. Iurispontific. noui conclus. 2. de Iur. patronat. pag. 216. col. 2. Nec in dubio debet iudicari cōtra, sed 3 pro instrumento, imò si ad esset in eo aliqua contradic̄tio, debemus capere omnē coniecturam, & omne posse facere, vt defendamus instrumentum, & ad concordiam reuocemus, quando fieri potest, vt per Gemin. consil. 76. num. 4. Et si ad cōcordiam reduci nequeat debemus interpretari, vt magis per errorem, quam dolo Notarius scripserit, Bar. in l. quoties, §. 1. nu. 3. de

§ de hæred. instit. & ibi etiam
alij Civilistæ, Surd. consil.
149. vbi hoc dicit esse ve-
rum, nisi ex coniecturis cō-
stet contrarium, quòd ve-
rissimum esse puto quare si
omnes testes scripti, ac sub-
scripti in instrumento di-
cant se non fuisse præsen-
tes tali instrumento si con-
stet de illorum subscriptio-
ne, in dubio statur instru-
mēto prædicto, & idem est,
si dicant se fuisse præsentes,
sed aliter fuisse scriptum,
quam dictum, & tractatum
inter partes, nam sola con-
tradiccio simplex testium
non sufficit, sed probare de-
bent se in subscriptione es-
se deceptos, Anchæ, in c.
cum Ioannes num. 12. de-
fide instr. Bart. in l. 1. S. si
quis neget nu. 11. ff. quem-
admod. testam. aper. & alij
apud, Surd. consl. 378. num.
21. cum seqq. volum. 3. &
consl. 414. vbi pariter hanc
materiam discussit, sic pari-
ter Cardinal. Tusch. in sua
præct. concl. 253. lit. I. itaq;
vnus testis non sufficit ad
impugnandum instrumen-

tum de falso, sed diminuit
aliqualiter fidem talis in-
strumenti, præcipue si ali-
quæ alia cōiecturæ, & præ-
sumptiones interueniant,
at si maior pars testiū con-
tradicant, & dicant instrumentum
esse falsum, quia non
fuit coram eis factum,
vel aliter sit scriptum, quā
dictū tunc reprobatur tale
instrumentum, & nullo pa-
cto tenet, Alexan. consl. 56.
vol. 2, Tusch. conclus. 253.
num. 6. seqq. Surd. d. consl.
378. num. 22. & sequen. &
pleniū d. consl. 414. num.
100. & seqq. eod. 3. vol. &
quod sit hoc arbitrariū iu-
dici, vt ex qualitate testium
deponentium, & alijs cir-
cumstantijs id iudicare de-
beat, idem Surd. consl. 149.
toto vol. 1. sed vt dixi hoc
debet dependere ab arbi-
trio iudicis, nam sicut pro
contradicitione testis, vel
testium sumi possunt, & at-
tendi cōiecturæ, & præ-
sumptiones ad illam cōtra-
dictionem validandam pro
nullitate, & falsitate instru-
menti, vel testamenti ita.

B 2 etiam

etiam rei jci potest contradic̄tio ex alijs coniecturis, pr̄̄sumptionibus, & adm̄niculis pro instrumēto, vel testamento, Imol. in d. S. si quis neget in 2. notab. Fulgos. coni. 78. Surd. d. cons. 378 num. 26. 27. & seqq. Tusch. d. concl. 253. & conclus. 237. litter. l.

S V M M A R I V M .

- 1 Protocollum non valeat nec ex eo potest defumi publicum instrumentum nisi sit scriptum, & fab- scriptum manu Notarij, qui attestetur de eo fuisse rogatum.
- 2 In eius recognitione non requiritur, q̄ manus Notarij recognoscatur per te stes, qui viderint scribere.
- 3 In scriptura antiqua Ro- ta contentatur de recon- gitione facta etiam in- ter alias personas.
- 4 Scriptura Notarij pr̄̄ser- tim antiqua carens sub- scriptione, & signo pro-

bat, & potest reuelari, vt authentica quando custodiatur in loco, ubi solum reperiuntur scriptura au thēticæ eiusdem Notarij.

Non sumit robur ex felcia in qua ad sint aliquę scri pturę non authenticę nis̄ concurrant adminicula.

6 Clausula actum posita in scriptura Notarij denotat perfectionem.

7 Item operatur, vt scriptu- ra illam continens possit redigi in publicam for- mā.

8 Declara dummodo clausu- la actum sit posita in fi- ne instrumenti Iecus si in princ. vel medio, quia tunc non denotat actus perfectionem.

Licet denotet actus perfe- ctionem non tamen im- portat stipulationem.

Posita in testamento ceci- fato sine solemnitatibus non operatur, vt susti- neatur in vim donationis causa mortis non data- presentia donatarij.

A R-

ARGUMENTVM.

In protocollo, quae sunt necessaria, ut ex eo desumi possit publicum, & authenticum instrumentum ad probandum Iuspatronatus.

RESOLVTIO VI.

1 **P**rotocollum non valet nec ex eo desumi possit publicum instrumentum nisi duo concurrant. Primum, quod nota, seu instrumentum sit scriptum, subscriptum manu ipsius Notarij Castrren. cons. 125. nu. 6. lib. 2. Curt. iun. cons. 162. num. 1. post alios Afflct. lib. 1. Constitu. Regnit. de fer. & scol. rubr. 33. nu. 66. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 187. num. 4. & 5. secundum, quod ipse Notarius manu propria attestetur, se fuisse de eo rogatum, Authen. ad trebell. §. nos autem, & authen. de instrum. cau. §. sed si instrumenta, & sic non sufficit

simplex subscriptio Specul. de testamēt. §. 1. colu. fin. vers. alij verò in fine, & ibi Ioan. Andr. in addit. super verbo in fine, & de instrument. ædit. §. breuiter col. 6. vers. & nota, quod Tabellio, & Io. Andr. ibidem in verbo neque, Alex. consil. 153. nu. 9. lib. 2. Dec. cons. 2 447. num. 8. & 9. Non autem est necessarium, quod manus Notarij recognoscatur per testes, qui viderint scribere, quia in recognitione protocolli, & sic integrī libri non requiritur tanta recognitio. Put. de fid. in instrument. decis. 1. præsertim in scriptura antiqua in qua Rota solet contentari de recognitione facta etiam inter alias personas, vt per Mohed. decis. 178. Put. decis. 108. et 151. lib. 1. Afflct. decis. 245. numero 3. et ita pluries (obseruari vidisse) recordor in Curia Archiepiscopali Neapolitana annis elapsis. Præcerea est aduentendum, quod scriptura Notarij

tarij licet careat subscriptio, & signo tamen probat, & potest reuelari, ut authentica dummodo reperiatur, custodita in loco, vbi solum reperiuntur, scripturæ authenticæ eiusdem Notarij, quia ex illo loco sumit robur, iuxta traditam per Paris. conf. 27. sub nu. 16. & sequen. lib. 2. secus in dicto loco aliquæ sint scripturæ non roboraçæ, ac defeceto se Felyn. in capit. ad audientiam sub num. 10. de præscript. & consequenter scriptura carentis signo, & subscriptione nō potest sumere robur ex silcia in qua adiungit aliquæ scripturæ nō authenticæ nisi concurrant adminicula, nam illis concurrentibus talis scriptura benè fidem facit, ita fuit resolutum, per Rotam in Par men. Status de anno 1588. coram Cardinale Seraphino, & alias pluries.

6 Sed neque est omittendum, quod si clausula actū, & si apposita scriptura Notarij, tunc denotat perfe-

ctionem, Bald. in authent. quod sine sub num. 1. vers. et ideò tabelliones, C. de testamen. Castr. in l. is, qui nu. 4. ff. eodem l. hac consultissima in fine, C. codé, Cagno. in l. si librarius nu. 71. ff. de regul. iur. Alexan. conf. 14. nu. 19. lib. 6. Socin. conf. 142. col. 2. vers. et patet etiam lib. 1. Ruin. cōsil. 159. num. 13. lib. 4. Curt. iun. conf. 162. col. 2. vers. confirmantur præmissa, Paris. conf. 27. nu. 15. lib. 2. Ruyn. iun. conf. 84. nu. 26. lib. primo.

7 Et talis scriptura habens hanc clausulam potest redigi in publicam formam. Castrensi. in dicta l. is, qui num. 4. Alex. dicto conf. 14. num. 19. Paris. dicto confil. 27. num. 15. Curt. iun. dict. confil. 162. nu. 1. cum alijs supra allegatis, et fuit resolutum in dicta causa Par men. status coram eodem Cardinale Seraphino 15. Decembris 1589. et 1. Fe bruarij 1590.

8 Quod tamen intelligere debes

- debet quando hæc clausula est posita in fine instrumenti, ut expresse loquitur Alexan. secus si in princip. vel medio, quia tunc potuit opponi à Notario cogitante se publicaturum, & ideo non denotat. actus perfectionem, Paris. consil. 27. num. 17. lib. 2. Natta ita addit. ad Alexan. consil. 14. num. 19. vers. dictæ in breuiaturæ lib. 6.
- 9 Præterea hæc clausula, licet denotet actus perfectio nem non tamen importat stipulationem, & ideo posita in testamento cæci facto sine solem notatibus, i. hac consultissima, C. de testamentis non operatur, ut substineatur in vim donationis causa mortis non data præsentia donatarij, vt fuit resolutum in Mediolanen. bonor. pr. Iunij 1592. coram eodem Cardin. Serafini, vbi fuit reprobatus Ruyn. iun. in consil. 84. num. 26. lib. 1. qui contrarium tenet.

S V M M A R I V M .

- 1 Notarius debet rogari ad actum facientium, & vi den. & an abundantibus partibus debeat ro gari num. 6.
- 2 Notarius in dubio præsumit fecisse actum ro gatus, sicque etiam in apponendo clausulas n. 3.
- 4 Notarius an debeat cognoscere contrabentes.

A R G U M E N T U M .

An in dubio pro validitate instrumenti authenticis fundationis Iurispatronatus Notarius præsumatur rogatus.

R E S O L V T I O V I I A

Regulariter Notarius, debet esse rogatus, ut actum validè faciat, immò si non rogatur non tenetur accedere ad confi ciendum actum illum, ut hoc omnes sciunt latissimè tradit post alios, Tusch. in verb. Notarius concl. 975. multa

multa tradit, Surd. consil. 414. vol. 3. num. 37, cum sequen. inde utile est, quod semper opponat in instrumento se fuisse rogatum, quoniam si mortuus esset, vel non recordaretur de rogatione pro nihilo habberetur instrumentum si autem viueret crederetur sibi. S. si vero authent. de tabellionibus collat. 6. & dum Notarius apponit se fuisse rogatum ei creditur, & presumitur in dubio rogatus tamquam Notarius non autem tanquam amicus quoniam, vt Notarius non autem, vt amicus actum publicum facit, & ita fieri consuetum est, vt post alios probat, Felyn. in capit. ex literis col. pen. de fide instrument. Natta cons. 146. num. 8. quos probat Surd. cons. 452. num. 47. vol. 3.

3 Hinc etiam est vt Notarius presumatur a partibus rogatus apponere omnes clausulas consuetas in instrumento quoniam, ita consuetum est etiam, vt aetiam faciat cum suis debi-

tis sollemnitatibus, vt post alios, Molles. cons. 3. hum. 28. cum seqq. Surd. consil. 440. num. 10. vol. 3. cum alijs apud de Franch. decif. 302. numer. 4. & 8. vbi hoc declarat, & omnes alij adeo, vt posset ex se ipsa tales clausulas addere, quia sic ex iuris dispositione rogatus presumitur, vt praedicti DD. docet, & quia hoc est clarum, ideo omittedo. Hoc tamen notandum est, quod si contractus respiciat utilitatem utriusque contrahentis Notarius debet rogari ab utraque parte nec aliter potest confidere instrumentum publicum secus tamen si unius tantum beneficium respiceret contractus, quia satis est ab illo rogari, Bar. cons. 114. nu. 2. lib. 2. Iustissime, Alex. cons. 110. Doctor. lib. 2. cons. 38. tot volum. 7. vbi addentes alios cumulant post alios Tusch. dict. concl. 75. tota non tamen est necessarium vt Notarius cognoscat co-contrahentes, quia etiam pro co-contrahentibus ignotis post instru-

instrumentū facere, vt post
alios de Franch. decis. 262.
Surd. qui alios citat consil.
413. num. 19. volum. 4. &
cons. 132. num. 7 6. tamen
in hoc Regno adsunt prag-
maticæ in contrarium ,
quando fiunt obligationes
ne possint Notarij eas stipu-
lari nisi obligandum co-
gnoscatur , seu ille obligādus
cognoscatur à duobus te-
stibus, qui etiam post obli-
gationem debent se sub-
scribere, quod illum talem
cognoscant .

3 Præterea addentes ad Alexandrum dicto cons. 38. in verb. veramque lib. 2. ex glos. in l. si quis decurio C. ad leg. Cor. de fals. & Spec. quos probat, Tusch. d. conclus. 75. nu. 9. quod si Notarius non esset à partibus rogatus posset attestari , & sic priuatam scripturam facere pro rei veritate de his quæ vidit , & audiuit fieri, inter partes, nam hæc scrip-
tura, licet non sit publica facit tamen fidem, esset hic examinandus articulus, an per necesse Notarius ro-

6 gari debeat à testatore , vt validè testamētum fiat, vel satis sit esse ab alio rogatū, & stipulasse testamentum præsente testatore , & non contradicente , & quod sufficiat, probat Surd. latissimè dicto cons. 414. quod omitto , quia ita loquitur , vt nihil amplius desiderari possit .

Illud solum aduertendum est non esse necessarium, vt pars, vel ambæ partes acce-
dant aduocandum, & rogā-
dum Notarium, vt actum
illum faciat, sed satis est vt à quotis alio vocetur Notarius, & quod, vel ambe partes si contractus respicit v-
tramq;, narrent Notario se velle talem, vel non talem
cōtractum facere, vel testa-
mentū, & Notarius reducit
in scriptis conuentionem
partiū, & illam sic in script.
redactā legit ambabus par-
tibus coram testibus in nu-
mero opportuno, & hæc est
cōmuniſ obſeruantia, & sic
quotidie practicatur, & suf-
ficit etiam ex iuris disposi-
tione, vt ex dictis cernitur.

C D E

DE PRIMA SPECIE probationis Iurispatronatus.

Circa primam speciem probationis Iurispatronatus, scilicet ut titulus Iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authentico documento, & alijs à iure requisitis ostendatur, dubitatur de infra scriptis.

ARGUMENTVM.

Authentica documenta, que dicantur ad effectum de quo supra.

RESOLVTIO VIII.

Pro resolutione huius dubij affirmo, quod authentica documenta dicuntur illa quorum probatio dicitur authentica, & manifesta cap. 1. & ibidem notant omnes de fid. instr. Socyn. sen. consil. 2. volu. 3. Dec. consil. 423. num. 10. Paris. consil. 45. num. 3. Guttier. consil. 6. nu. 4. & 5. nec non dicitur probatio probata, Bald. in l. interesse, C. de solut. Veral. decis. 421.

num. 1. p. 2. & decis. 256..
num. 5. p. 3. Rolan. consil. 76.
num. 8. consil. 79. num. 49.
lib. 1. quos sequitur, Nouarius conclus. 1. num. 2. de Iur. patr. in suo operæ noui Iuris Pontificij. Vel authētica documenta dicuntur scripture cōfēcte per actuariū publicum, cum duorum testium subscriptione, glos. in d. cap. 1. verb. scriptur. idem Nouarius lib. 1. q. forens. cap. 49. num. 2. qui alios allegat.

SVMMARIVM.

Requisita à iure necessaria debent interuenire, ut authentica documenta probent.

Citanda

Citanda est pars ad dicendum contra iura tempore productionis.

Recognitio instrumentorum quando sit facienda.

ARGUMENTVM.

Qua reuirantur, ut talia authentica documenta probent.

RESOLV TIO IX.

Notant communiter omnes, quod ad hoc, ut talia documenta authentica probent debent continere omnia requisita à iure necessaria, tam in confectione, & celebratio ne, quæ requisita cumulan tur, per Felyn. in cap. 1. de fide instrumen. & Palador. lib. 2. rer. quotid. capit. 20. quam etiam in extractione, & compulsione, in qua sūt necessaria requisita cumulata per Abb. in capit. cum P. Tabellio de fide instrum. Couar. pract. quæst. cap. 21. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 187.

ita recentissimè docet Nouarius in suo sollemini opusculo iuris Pontificij noui conclus. 1. num. 3. de Iure patronatus.

Item citanda est pars ad dicendum contra iura tempore productionis, nam alias huiusmodi instrumen ta non probant, nec dicuntur de actis, Rota in nouis decis. 1. num. 3. de fide instrumen. Cassador. decis. 8. num. 6. C. de Rescript. Cæsar de Grass. decis. 16. nu. 4. de probat. Verall. decis. 99. part. 2.

Et etiam sunt recognoscenda post productionem si de illorum fide opponatur, ut post DD. in d. cap. 1. de fide instrumen. notarunt Oldrad. cons. 227, num. 6. Socyn. cons. 32. lib. 1. Paris. cons. 115. nu. 4. & 5. lib. 1. quos cum alijs adducit Nouarius cit. cōcl. 2. sub nu. 3. vbi tamen est in opinione, quòd in instrumentis anti quis, ultra septuaginta annos talis recognitio non sit necessaria, quòd prius dixit Rota apud Verall. decis. 5.

C 2 part. 3.

part. 3. & Put. decis. 151.
lib. 1. prout nec requiritur
in multis alijs casibus, de
quibus apud eundem, Put.
decis. 359. lib. 1. Boer. de-
cis. 154. & latius apud Fe-
lyn. in cap. pccst cessionem
de probat.

SUMMARIUM.

- 1 *Inuocatio diuini nominis inuocari debet per Notarium in principio instrumenti.*
- 2 *Inuocatio diuini nominis non est de substantia instrumenti.*
- 3 *Instrumentum carens inuocatione diuini nominis dicitur authenticum.*

ARGUMENTVM.

*Instrumentum carens inuoca-
tione diuini nominis, an dic-
atur authenticum ad esse-
tum, ut probetur Iuspatro-
natus.*

RESOLVATIO X.

- 1 **I**Nuocatio diuini nomi-
nis sine quo omnis agēs

frustra agit, & nihil hone-
stum, & utile inchoari po-
test, cap. cum Paulus, q. 1.
c. non obseruetis 17. q. 7.
debet per Notarium propo-
ni in instrumentis c. in no-
mine domini, de testibus, l.
Deo nobis, cod. de Episc. &
cler. Specul. de instrument.
edit. S. breuiter, in princip.
num. 2. per text. in S. si qua
verò auth. ut præpon. nom.
imper. ratio est, quia omne
causalium principiū debet
referri ad principium, quod
ipius causa, & maximè ad
illud, qui est prima causa
causalium, sicut est Deus,
vnde illius nomen est præ-
ponendum, ne deficiat prin-
cipium instrumenti, Bald.
in proem. C. num. 1. vers. &
ex ista, præsertim: quia ex
inuocatione diuini nomi-
nis bonum sequitur initiu-
melius medium, optimus
finis S. nos igitur, authen.
quom. opor. Episcop. glos.
glos. in auth. de heredit. &
Falcid. in rubr. in verbo in
nomine. Conclusum tamen
sunt non esse de substantia
instrumenti, ita ut eius omis-
sio

sio reddat illud inualidum cum sit leuis sollemnitas , cuius defectus non vitiat , Felyn.in c.1. num.2.col.1. vers. sed quod non sit de fide instrum. Alex.in rubr.ff. de nou.oper.nunciat.col.4. in principio num. 10. vers. teneo conclusiū , vbi dat ratione m̄n, quia licet sit magni momenti in his , quæ pertinent ad fidem , tamen quoad instrumentū est sollemnitas , quæ si omittatur , nullum , aut modicum præiudiciū est allatura , & quæ non est fundata in aliqua vrgenti ratione , alias non diceretur leuis , l.cum hi. S. si prætor, ff.de transact. Bar. in l. 1. S.fin. ff.de ventr. inspic. Bald. in l. hac consutissima col.2. in fin.num.6. vers.est autem leue, C. qui testam. fac. poss. & quod dicta inuocatio non sit de essentia , est communis opinio , vt concludunt omnes in dicta rubr. de nou. oper. nunc. Bald.in proem.c. in principio, Mascard.in tract. de Iudæis quest. 10.num. 1. in fine . Nec obstat l.i.cod.

de vet.iur.enucl.l.Deo nobis , cod.de Episcop.& cleric. authent. de armis in princip. & in pluribus alijs locis breuitatis studio omis. sis , in quibus cauetur esse incipiendum ab inuocatione diuini nominis , quia predicta procedunt de consilio , non autem de præcepto , sicut in illo Euangelij, vadæ,& vendæ vniuersal., quæ habes , & da pauperibus, aliàs sequeretur , quod nullus actus sine scriptura celebratus valeret,cum soleat absque inuocatione fieri, prout in mutuo , & similibus, de quibus per Dec. in cap.1. num. 6. col.2. ad ad med. vers. & hoc patet de fide instrum.& in capit. in nomine domini,in principio vers. sed posset respōderi de testibus. Non obstat Imperatoris nomen esse præponendū in instrumen- tis auth. vt præpos. Imperat. ergo multo magis diuinum nomen , quia respondetur de nomine Imperatoris esse cautum, nō de diuino, & nomina Papæ, Imperatore, & si-



& similia significant tempus, & sunt necessaria concomitantia actum, qui geritur, Bald. in proem. C. nu. 1. Nec obstat, quod ratione cōsuetudinis ista sollemnitas sit effecta de substantia, cum vbiq; dicta inuocatio præponatur, vnde stante huiusmodi consuetudine concludūt doctores per illius omissionem vitiari instrumentum, Abb. in cap. 1. colu. 2. ad med. vers. & per illum, vbi Felyn. in colu. 1. ad fin. vers. sed dic, quod ratione, Imol. in rubr. de nou. oper. nunc. in princip. vbi Ruyn. num. 6. vol. 2. licet ergo de iure non esse de substantia, sed potius consilij, tamen consuetudo interprætatur de præcepto, & necessitate, cum vtrumque simul plus operetur, vt dicimus de statuto, & de pacto, Bald. in c. venientes de iure iuram. ad fin. nu. 7. vers. sed numquid, & statutum, quod per se non valet, à cōsuetudine interprætatiua roboratur, Butr. in c. cum dilactus de consuet. col. 2.

ad med. num. 17. vnde dicta consuetudo erit obseruanda, aliàs instrumentum nō valet, Bald. in rubr. de pace constan. in fin. cum omissio sollemnitatis etiam ex sola cōsuetudine introducte redat actum nullum, l. 4. de cust. reor. Fel. in c. 1. col. 1. ad fin. vers. sed dic, de fide instrum. quia omissio, quod consuetudo præponendi diuinum nomen non seruat vbiq; , prout in Ciuitatibus nō nullis nō esse in vsu inchoare instrumentū à dicta inuocatione, dicit Castr. in rub. cod. in primo num. 2. Respondetur non per hoc dicendū esse, quod dicta consuetudo operetur, vt huiusmodi inuocatio sit pro forma, & substantia instrumenti, vt concludit, Alciat. in rubr. de nou. operis nunciāt. num. 10. colum. 2. versic. sed quid si absit, vbi dicit credendum esse potius, quod dicta consuetudo inoluerit ex quadam pia scrupulositate, non eo fine, vt necessitatē inducat, prout idem receptum est in man-

mandato legis , quod si inductum sit dumtaxat causa honestatis , nam adeo obligat, ut actus in contrarium factus dicatur nullus gloss. in auth. decernit col.de arbitr.in verbo,sacramenti,& in l.rem non nouam,in fin. cod. de iudic.nam per verba legis simpliciter aliquid inducentia, forma actui,nō imponitur,Bald.in l.1.de liber.& posthum.& in l.fin. vbi Salyc.cod.de senten.ex breuit. recitan. Alciat. qui de communi in rubr. de nou. oper. nunc. colum. 2. in princip.num. 12.& quod ista opinio sit magis æqua non obstante dicta consuetudine, cōcludit latè, Gonzal.in cap. 1. variar. quæst. per totum,vbi multos alias adducit, cum præsertim sumus in casu fauorabili , qui actus potius substineri debet, quā perire l. quoties, la 2. ff. de verb. oblig. & quia consuetudo strictam interpretationem recipere solet l. 1. S. si quis hoc interdicto, ff. de itin. actusque priuati , vltra quod ea , quæ in in-

strumentis solent de cōsuetudine apponi, pro adiectis, habentur etiam si non apponantur Ancharan.in c. cum M.Ferrariensis, nu. 3. vers. sexto nota,& ibi Felyn.col. 1. de constit.per l.fin.in fin. cod. de fideiuss. l. quod si nolit. S. quia alsidua cod.de iudic. bonum tamen esset ab huiusmodi consuetudine non recedere, cum consuetudines honestæ pro legibus habeantur , & tamquam laudabiles obseruandæ, cap. fin. de consuetud. Idem dicimus de inuentario , quod non vitiatur per omissionem venerabilis signi crucis, cum respectu illius actus, sit leuis sollemnis, Dec. qui de communi , conf. 633.num. 7. colum. 2. in fine, Roland. consil. 73. nu. 5. lib. 2. Vasque qui de magis communi de success. creat. S. 9. nu. 12. lib. 1. vbi quod in iudicando non eit recedendum ab hac opinione, Cephal.conf. 327.num. 27. lib. 3. vbi quod omissionis istius leuis sollemnitatis non vitiat , & quamvis contraria-

triam

riam sententiam tutorem dicat Crass. in §. inuentarium, q. 10. num. 1. in fin. tamen prima opinio est seruanda tamquam magis cōmūniter recepta, vt testatur Bertaz. de claus. in proem. num. 5. post med. versic. ex quib. videtur, ob illam rationem, nam licet de iure esset de substantia talis inuocatio, tamen non debet vitiare actum, cum sit levius sollemnitas, vt dictum est supra, vndē idem dicēdum est quando esset de substantia vigore consuetudinis, ne sequatur absurdum, quia plus operatur consuetudo, quæ est lex non scripta in casu non scripto, quam lex scripta in casu scripto, qui esse non debet, cum cōsuetudo sit altera lex, & pro lege seruetur in non scriptis, l. de quibus. & l. diurna, ff. de legibus, & ideo instrumentum carens inuocatione diuini nominis dicitur authenticum ad effectum probandi Iurispatronatus.

S V M M A R I V M .

Instrumentum faciens mentionem de alio instrumento procuratoris non probat dictam procurationem.

Notarius faciens mentionem de alio privilegio, vel scriptura non probat etiā se illa sint incerta, vel transumpta.

Instrumentum faciens mentionem de alio instrumento fundationis, vel dotationis dicitur authenticum ad finem probandi Iuspatronatus ex pluribus rationibus, ut num. 4. 5. & 6.

A R G U M E N T U M .

An instrumentum faciens mentionem de alio instrumento fundationis, vel dotationis dicitur authenticum ad effectum probandi Iuspatronatus.

R E-

RESOLV T I O XI.

Dicebam primo non dici authenticum ad effectum, de quo supra per decis. Affl. 273. vbi instrumentum faciens mentionem de alio instrumento procurementis, non faciat fidem de dicta percuratione, tenent Angel. in repet. l. sciendum, ff. de verbor. obligat. vbi referet Specul. in S. restat. in fin. præalleg. tenere, & talia verba non probane. hanc conclus. firmitant Salyc. & alij scribentes in dicta auth. benefacit ad hoc glo. in ca. Abbate Sancti Siluari. in verbo fiat fides, de ver. signif. in quantum dicit, quod si per notarium fiat metio de alio priuilegio, vel scriptura non probat illud etiam si totum priuilegium, vel scriptura sit insertum, vel transumptum in dicto instrumento: quia non est facta authoritate iudicaria: ut ibi latius per eum. Et idem tenet Innoc. in vlt. col. 5. & in c. fin. 5

de fide instrumentorum, ideo datur pro regula, si instrumentum aliquid attestatur de præterito, non creditur instrumento, secundum Bart. & Doctor. communiter in d. auth. si quis in aliquo, & Innoc. in capit. quoniam contra de probat. & in c. cum in iure de offic. deleg..

Tamen in quadam facti contingentia contrariam sententiam veriorem, & in & in praxi receptiorem esse arbitratus sum dictum, instrumentum esse authenticum ex infrascriptis. Primum, quia illa relatio f. continebat rem certam, scilicet dotationem, Nicolai pro illa Ecclesia, vnde probare, tunc scribit, Dec. quem alij sequantur in d. auth. si quis in aliquo col. 6. Grat. cons. 123. num. 19. vol. 2. Cepol. consil. 38. num. 12. Gozad. consil. 57. num. 8. Boer. decis. 281. num. 5. vbi attestatur de communi, Bald. in l. 1. C. de Episcop. & cler. Soc. sen. consil. 266. num. 1. volum. 2. Secundò, quia Notarius

D atte-

- attestabatur à se fuisse con-
fatum illud instrumentum
fundationis, & dotationis,
& tunc probare volūt, An-
gel. in l. si donatio, C. de do-
nat. Dec. cons. 505. superio-
ribus diebus, col. 3. in prin.
nu. 2. & est communis opi-
nio, teste Grat. d. consil. nu.
18. & idem esse si dixisset
se vidisse, & legisse illud abs
que aliquo vitio, vel rasura,
Specul. in tit. de instrumen-
edit. S. restat, propè si. Aret.
instit. de legit. agnat. vt in
fine.
- 6 Tertiò, faciebam magnum
fundamentū super anti-
quitate, nam excedebat
hominum mēmoriā, qui-
bus semiplena sufficit, In-
noc. in capit. veniens 224.
de verbor. signific. Bald. in
cap. cūm olim, de cens. an-
tiquum enim potest proba-
ri per coniecturas, indicia,
& præsumptiones, Bald. la-
tē consil. 41. num. 2. volu. 1.
Anchar. consil. 310. nu. 2.
Alex. consil. 90. num. 8. lib. 6.
Ias. consil. 128. num. 1. vol. 1.
cum alijs, vt per Paris. consil.
105. num. 41. & seq. vol. 1.
& est communis opinio, vt
patet ex adductis, per Ma-
card. de probat. concl. 109.
co. 225. lumi. 1. Et per ver-
ba enunciatiua, Ias. consil.
56. num. 1. lib. 2. consil. 128.
nu. 1. lib. 1. Dee. consil. 146.
num. 19. Alexan. consil. 74.
lib. 3. cum alijs, vt per Paris.
d. consil. 104. num. 47. 226.
Butr. in c. cum dilectus, de
success. ab intest. & perfā-
mam Alex. consil. 4. nu. 11.
lib. 2. Roman. consil. 109. &
antiquum intelligitur, post
100. annos, Alexan. consil.
58. lib. 4. Affid. decis. 267.
Curt. iun. consil. 90. Dec.
consil. 15. & 41.

SUMMARIUM.

- 1 Scartafacium quid sit.
2 Scartafacium Notarij, in
quo descripta reperitur
fundatio Iurispatronatus
dicetur authenticum.
3 Scartafacijs regulariter nō
reditur etiam extra ip-
sum scribentes num. 4.

A R-

ARGUMENTVM.

An scartafaccium Notarif in quo descripta reperitur fundatio, & dotatio alicuius Cappellae dicatur scriptura authentica ad effectum probandi Iuspatronatus.

RESOLVTIO XII.

- 1 **S** Cartafacium nil aliud est quam id quod memoriae seruandæ causa ab ipso Notario conscribitur, Menocchius consul. 296. nu. 91. & 95. quem refert, & sequitur Genua de scriptura priuata libro 5. in 2 tit. de Scartafacijs, vnde in facti contingentia dicebam scartafacium Notarij, in quo reperiatur descripta fundatio, ac dotatio, non dici scripturam authenticā ad effectum, vt ex sola illa assertione, absque originali strumento probatum censeatur Iuspatronatus, ratio, quæ me mouebat erat regula illa, quod præfatis scartafacijs regulariter nō cre-

ditur, Iason in l. admonendi num. 18. in fine, ff. de iure rando, vbi cōcordantes adducit Bald. Castrens. Alex. Roman. ac alios, & in repetitione eisdem legis nu. 115. vers. 2. limita nam hēc scartafacia sunt quidam libri si. ne ordine confecti, atque conscripti, quibus non creditur. Amplia, vt hēc etiam contra ipsummet scribentem ex ipso scartafacio, oritur probatio Felyn. in simili l. post plures relatos allegatione sua 18. nume. 2. lib. primo, id quod tali ratione ad viuum demonstratur. Non plus probat scartafacium, seu memoriale quā confessio facta absente parte, sic post Bald. in Rubrica C. de constituta pecunia Menoch. d. consul. 299. num. 75. & num. 94. vbi pulchē.

SUMMARYM.

Notarius nequit confiscare instrumentum extra territoriū illius, qui eū creavit amplia, vt nu. 2. & 3.

D 2 .4 Nota-

- 4 Notarij creati à Papa, vel
Imperatore poſſunt ubi-
que instrumenta confi-
cere.

ARGUMENTVM.

*An instrumentum fundationis
confertum per Notarium
extra territorium illius, qui
eum creauit dicatur authē-
ticum ad effectum probandi
Iuspatronatus.*

RESOLVTIO XIII.

- I **C**ommuniter præfatæ
quaſtioni censeo re-
ſponderi poſſe pro negati-
ua opinione pro eaque fir-
mant docet, vt Notarius
non poſſit confidere instru-
mentum extra iurisdictionem
illius, qui eum creauit
conclusionem procedere : ac locum sibi obtainere, vt pariter instrumentum non dicatur authenticum ad effectum de quo supra si non apponatur locus loci secū. dum Bar. in l. de pupillo, §. §. qui, ff. de noui oper. nunciatione, Rota in decis. 6. de consuetudine in nouiss. eadem Rota in decis. 5. de fid. instrumentorū in antiquis, vbi tabellio debet ponere in instrumento contractus, seu pro curationis locum loci, vbi fuit receptum allegat Spec. in tit. de instrumenti editione §. instrumentum versic. quid si locus, & Io. Andrea in fin. de regulis juris in 6. Bald. in l. contractus in 5. col. versic. modo quaeritur, C. de fide instrumentorum, & Card. in proemio clement. prope finem, vbi multa pulcherri- ma adhuc valde conferen- tia adducit.

S V M M A R I V M .

*I instrumentum in quo ap-
paret Iurispatrōnatus con-
cessum*

*cessum fuisse ex priuilegio non dicitur autenti-
cum; etiam si priuilegia coninerent amplissimas clausulas num. 2. quod ampliatur, ut num. 3. 4. & 5. limitatur, ut nu. 6.*

ARGUMENTVM.

*An instrumentum in quo ap-
paret Iurispatronatus conces-
sum fuisse ex priuilegio di-
casur authenticum.*

RESOLVTIO XXXXVI.

1 **R**espondi negatiuè, ex quo per concilium sublata sunt omnia Iurispatronatus competētia super quibuscumq; beneficijs vi- gore priuilegiorum cum quasi possessione inde se- quuta, & post concilium à suis collatoribus, vti libera conferri debent, exceptis patronatibus super cathe- dralibus, & c. quod proce- dit etiam si talia priuilegia, amplissimas clausulas con- tineant, & quod habeantur, & regulentur proinde hac

si talia Iurispatronatus co- peterent ex vera fundatio- ne, & dotatione, & cum alijs efficacissimis clausu- lis, & cap. quia licet Princeps fingat esse vera ex fun- datione, & dotatione, ta- men re vera sunt ex priuilegio, cum Princeps non possit veritatem mutare, quamvis contra eam finge- re possit, vide Gonzal. in Regul. Cancell. de Altern. S. 1. proem. num. 74. & 75. & glof. 18. num. 98. & seqq. glof. 43. num. 13. Massobr. in praxi hab. conc. ad vac. paroc. Eccles. prælud. 7. du- bio 20. à num. 48. Castren. conf. 340. incipit præmissis num. 2. volum. 1. & quatenus Concilium Triden. lo- quitur de fundatione, & do- tatione intelligitur de ve- ra: non autem ficta l. 3. S. hæc autem verba, vbi Bart. ff. de neg. gestis, idem Bart. in l. si is, qui pro emptore nu. 33. & ibi Iason. nu. 120. cum sequentibus, ff. de vſu capiend. cum adductis per Gózal. glo. 43. d. regulæ nu. 13. cum sequentibus. Sic

M fuit

suit decisum in vnâ corduben. Iurispatronat. 20. Novembris 1566. coram bon. mem. Ioan. Altobrandino , quod si ex mero priuilegio competeteret alicui Iurispatronat. in cuius concessione disponatur , quod sit eidem naturæ, ac Iuspatronatus ex fundatione, & Regū, quod non obstante dicta clausula, quod Concil. Trident. præseruat Iurispatronatus ex fundatione , nec non ex priuilegio, quod est regibus concessum, erit nihilominus derogatum , & sublatum tale Iuspatronatus per dictum Concil.

3 Amplia supra positatam conclusionem pluribus modis, vt infra .

Et primò non obstante derogatione , ac clausulis insertis in priuilegio derogantibus, quibuscumque fundatoris constitutionibus, quia non porrigitur ad constitutiones Cöciliares, nisi nominatim illarum mentio facta fuerit, cap. ex parte de cappellis Monach. Oldrad. consl. 326. num. 1.

Cald. consl. 2. de priuileg. Archid. in cap. 1. nu. 2. ante finem de constit. in 6. Barb. consl. 23. num. 6. volum. 3. Felyn. in capit. nonnulli , nu. 2. & 3. de rescript. Caput aquen. decis. 176. nu. 1. per totam decis. 268. nu. 3. p. 1. Rota decis. 122. nu. 1. & decis. 123. num. 1. cum seqq. par. 1. diuers.

Amplia secundo procedere etiamsi in priuilegio dicatur , quod esset eisdem prorsus naturæ, & roboris, ac si ex fundatione , & dotatione competeteret, cum sit ad instar, & non propriæ ex fundatione, & dotatione ita censuit Sacra Congregatio Cöcil. super d. cap. 9. his verbis Patronatus, qui fuerunt concessi , vt essent eisdem prorsus naturæ roboris , & cap. cuius Iuspatronatus laicorum, & nobilium, & Regū, ac si ex fund. & dotati forent , Congregatio censuit, & céseri sublatos , quia cum sint ad instar, & non propriæ Regū , nec ex fundatione; ideo nō comprehédi sub exceptuosis,

tis,) & tradit Gonzal. sub
num. 102. fuisse decisum
in vnā cordub. 20. Nouēb.
1599. coram Do. Ioan. Al-
teobrandino, quod si ex me-
ro priuilegio cōpeteret ali-
cui Iuspatronatus in cuius
concessione disponatur, q
sit eisdem naturæ, ac Iuspa-
tronatus ex fundatione, &
Regum non obstante dicta
clausula, & quod Concil.
Trid. præseruet Iuspatron.
ex fundatione, nec non ex
priuilegio, quod est regi-
bus concessum erit nihilo-
minus derogatū, & subla-
tum tale iuspatronatus per
dictum Concilium.

5 Amplia tertio, vt non
prosit in memorabilis, vt
cēsunt Sacra Congregatio,
cuius verba sūt. (Remanet
dubium, an quando constet
de origine priuilegiū, vel
præsumitur esse priuilegio
aliquod Iuspatronatus, &
est immemorabilis propter
illa, vel non propter clau-
sulam derogatoriam in fi-
ne, & c. positam, ibi non
obstantibus quibuscumque
consuetudinibus, & imme-

morab. quasi referenda sit
etiam ad Iuspatronat. & in
hoc Congregatio respon-
dit non prodesse.)

6 Limita nunc non proce-
dere in Iurepatronatus cō-
cessis ex priuilegijs ex cau-
sa onerosa, vt fuit resolu-
tum in causa Valentini Pa-
rochialis de Consentanez
30. Ianuarij 1581. & 26. Ia-
nuarij 1582. coram D. Se-
raphino, quæ habētur 1. p.
diuersorum decis. 687. & 2.
p. 269, quod vt dicitur de-
cis. 687. fuit sepius in alijs
causis à Rota animaduer-
sum, & in Patauina Iurispa-
tron. 29. Ianuar. 1590. co-
ram eodem D. Seraphino,
vbi fuit resolutum, quod
Iuspatronat. concessum ra-
tione redefinitionis non
tollitur, per Concil. quia
non derogat patronibus,
qui ex iuris communis di-
sposit. competunt, nec ista
concessio potest dici merū
priuilegium, & si haberet
aliquid priuilegij, tamen
quando ex causa onerosa
seruandum esset, resoluit
Rota in d. Valentina de-

M 2 Con-

Consentayna, & cap.& idē induitur in alia Placentina Parochialis de mirabil. cōducunt, tradita pet.Gonzal. glos. 28. à Natta. & glos. 36. & quā plena manu docet Nouarius forens. quæst. lib. 11 cap. 53.

SVMMARIVM.

Instrumentum insertum in priuilegio Principis, an dicatur authenticum ad finem probandi Iuspatronatus.

ARGUMENTVM.

Instrumentum insertum in priuilegio Principis, an dicatur authenticum ad effectum probandi Iuspatronatus.

RESOLUTIO XXXXVII.

Proposito quoque dubitari, prout, & in facto pariter externa die contigit dubitari, quid de instrumento inserto in priuilegio Principis, an probaret,

& resoluti esse considerandum, an fuerit insertum de consensu partis, aut auctoritate Iudicis, nam tali casu probari scribunt, Imola in c. cūm iure, de offic. deleg. Alex. cons. 6. num. 8 lib. 4. Natta cons. 143. nu. 3. lib. 1. Crauet. latè de antiqu. temp. p. 1. secc. 8. num. 19. vbi dicit eo magis, si in antiquis, & hoc nullum habere dubium, si priuilegium fuisset concessum à Papa Cardinali, Episcopo, & alio habente facultatem, id de nono inducere, & disponere glos. in c. Romanorum distinct. 19. Bart. decis. 247. num. 3. cum alijs adductis, per Mascard. de probation. concl. 923. num. 9. Curt. in l. admonendi num. 53. ff. de iure iurand.

SVMMARIVM.

Instrumentum fundacionis ex quo non videtur translatum dominium, non dicitur authenticum. Dominium directu transferri debet ad effectum, acquisi-

- acquirendi *Iuspatronatus*.
2 di vellet retinere penes se aliquod dominium putadirectum, Ecclesia non debet ibi edificari, & si defacto construeretur, dominus fundi nullatenus acquireret *Iuspatronatus*, pro ut etiam non acquireret si in limine erectionis reseruaret sibi censum super Ecclesia, reseruatio etenim census designat reseruacionem diuersi dominij, ut notatur in cap. constitutus 6. de relig. dom. sed hic aduertendum est ne capiatur error, nam tex. glof. & omnes scrib. in capit. præterea 13. Iurepatronat. volunt quod
- 3 *Census reseruatio non constituit Iuspatronatus*, & quid de consensu Episcopi, num. 4.

ARGUMENTVM.

An instrumentum fundationis in quo apparet non totum dominium fuisse translatum in Ecclesiam dicatur authenticum ad effectum probandi Iuspatronatus.

RESOLVTIO XXXXVIII.

DVbitatur an ex qualibet collatione huiusmodi acquiratur *Iuspatronatus*; conclusio est negativa, necessario est enim, ut cum fundo trasferatur etiam totum dominium, alioquin non acquireretur, Gail. in repetit. cap. fi. de elect. in 6. allegans Io. Andr. in capit. proposuit 6. de fil. præsbyt. quem refert Lamber. lib. 1. p. 1. art. num. 2. & sustinet eius dictum, & exornat addens, quod si dominus fun-

- 4 di vellet retinere penes se aliquod dominium putadirectum, Ecclesia non debet ibi edificari, & si defacto construeretur, dominus fundi nullatenus acquireret *Iuspatronatus*, pro ut etiam non acquireret si in limine erectionis reseruaret sibi censum super Ecclesia, reseruatio etenim census designat reseruacionem diuersi dominij, ut notatur in cap. constitutus 6. de relig. dom. sed hic aduertendum est ne capiatur error, nam tex. glof. & omnes scrib. in capit. præterea 13. Iurepatronat. volunt quod patronus possit in limine fundationis reseruari sibi aliquem censum cum consensu Episcopi, vel aliquid aliud temporale exigendū ab ipsa Ecclesia, latè Rocchus de Iur. patr. in verbo, & vtile num. 6. Primum dictum fuit ex illatione Lambert. d. art. 2. num. 5. sed ut ad concordiam reducamus hos doctores dicendum est doctrinam Rocchi, ac text. c. præterea 13. de Iurepatr. intrare,

intrare, & locum habere quando patronus dotauit, sufficienter, doctrinam vero, Gail. ac aliorum negationem intelligi quando fundator dotauit insufficienter quod annuit, idem Rocch. vbi supra; vel secundum eundem Labertinum quando patronus reseruauit quid sibi censem, sed in moram naturam census, quia hoc casu trastulisset in Ecclesiam utile, & directum dominium, prout etiam non acquireret talis fundator Ius patronatus, si docet fundum pro fundanda Eccle-
ad emphyteusim reseruato sibi certo canone annuatim exigendo ab ipsa Ecclesia; nam per contractum emphyteoricum dominium directum remanet penes concedentem in Ecclesia autem non trasfertur nisi utile, ut per glos. in d. cap. constitutus 6. de relig. doin. & c. 2. de Iure emphyt. per tot. vbi omnes, quod dans tales fundum non acquirit Ius patronatus, & ratio negativa est, quia dominus debet da-

re dotem non repetitiuam qualis planè esset, si donecetur fundus in emphyteusi, quia si non solueretur causa per triendum repetetur fundus cap. 2. de iure emphyt. Lambert. loco supra citato num. 7.

SVMMARIVM:

*Instrumentum continent
debet descriptionem testium
alias non dicuntur authenticum,
nisi Notarius esse rogatus, ut num. 2. lim-
ita, ut num. 3. 4.*

ARGUMENTVM:

*Instrumentum in quo non re-
peritur descriptio testium,
An dicatur authenticum
ad finem probandi Ius pa-
tronatus.*

RESOLVTIO XXXIX.

Cum inter cetera re quisita in instrumento illud etiam sit necessarium, quod in ipso descriptum sint

fint testes, Specul. in tit. de fide instrumentorum §. 2. ad fin. Abb. & Butr. in cap.

1. eodem titulo, vbi etiam Felyn. nu. 14. ideò authenticum appellari non potest instrumentum, in quo talis sollemnitas non reperitur facta, nec ex illo probatur Iuspatronatus.

2. Declara tamen hanc opinionem, quod vbi Notarius esse rogatus de actu nō requiritur subscriptio testium, sed satis esse, quod nomina testium inscribantur per Notarium l. in donationibus, vbi glos. & Bal. C. de donat. glos. in auth. de hæred. & Falcid. §. si vero in verbo adhoc, quod tamen fallit in casibus in casibus, in quibus requiri-
4 tur subscriptio exprefse à lege, vel canone, & ita in telligitur, quod notat glos. in l. generaliter, C. de tabul. lib. 10. & in cap. quoniam contra de probat. in verbo duos, de quo vide omnino Bald. in l. 1. C. ad Velleian. & Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de

instrumen. edit. S. breuiter, Canonista in cap. Ioannes de fide instrumentorum.

Declara etiam non esse necessarium testiū subscriptio-
nem, quando consuetudo reuearet ab hac sole-
mnitate, Innocent. in d.
cap. 1. de fide instrumenti
arg. cap. cum dilectus eodem
titulo, quia consuetudo
multa operatur, cū eius
vis sit grandis, & lata, ita ut
equiparetur legi particula-
ri, & statuto, imo esse magis
fortis, quam statutum No-
uarius in praxi elect. & va-
riat. fori quæst. 4. num. 14.
sect. 1. in antiqua impres-
sione in paruis.

Declara pariter, nisi in-
strumentum esset factum
in publico parlamēto, quia
præsumitur, quod ibi fuerint
multi testes, vt singula-
riter per Specul. de fide in-
strument. §. restat, versic.
sed cum literis, quem re-
fert, & sequitur Felyn. in-
cit. cap. 1. num. 16. vbi alias
adducit declarationes, vt
apud eum.

SYM-

SP. M. MARI V. M.

1. *Instrumentum, ut dicatur authenticum requirūtur etiam solemnitates iuris municipalis in hoc Regno quod explicatur.*
2. *Nomen principis an necessariò apponi debeat in instrumento traditur nu. 4.*
3. *Inditio an necessariò apponi debeat in instrumento, num. I.*
4. *Instrumentum dotale, quando dicatur liquidū, & authenticum traditur Quid in alijs instrumentis, traditur num. 7.*

ARGUMENTVM.

Instrumentum an dicatur authenticum ad effectum probādi Ius patronatus, si careat solemnitatibus iuris communis verum habet solemnitates iuris municipalis.

RESOLV TIO L.

Regulariter, ut instrumentum dicatur au-

thēticum, ut supradiximus debet confici cum debitiss requisitis, ex dispositione iuris, siue communis, siue municipalis; hoc enim instrumento dicitur probatio probata euīdens, & manifesta, ut probauit supra, & tradunt Abb. Dec. Crauet. & alij quos probat, Tusch. in verbo instrumentum probat, concl. 237. nu. 19. cum seqq. & in hoc omnes conueniunt. Quod attinet ad solemnitates iuris municipalis vnuſquisque sua statuta, & consuetudines consulat: de hoc enim requisito non pōtest tradi certa regula, & ideo fieri debet ad vnguem cum omnibus requisitis, per statutum, vel consuetudinem loci, alias nō valet. In hoc Regno, ut habetur in Constit. Regni instrumentorum robur, cum interuentu iudicis ad contractus, & ad minus duorū, vel trium testium fieri debet per Notarium publicū, cum designatione loci, ac temporis, alias non valet, ut in d. Constitut. habetur, vbi

vbi omnes , ponit etiam aliqua Napod. de instru-
mentor. confect. num. 51. nomen Principis regnatis in illo loco,& etiam necessarium, alias instrumentum non valeret, nisi consuetudo esset in contrarium , de quā materia latissimē tra-
etat Tusch. loco citat. Sic etiam concl. 244. tota, qui prædicta requisita exami-
nat in verbo Notarius con-
clus. 73. cum seqq. Couar.
var.resol.lib. 1. cap. 12. vbi etiā de indictione anni , la-
tissimē Fontanell. de pact. dotalib. concl. 1. tota, vbi multas examinat quæstio-
nes de oppositione dicti , anni, hora, & c. ad quem-
mitto lectorem, sic etiam claus. 2. vbi de inuocatione domini . Licet , vt instru-
mentum dotale sit authen-
ticum, non solum prædicta requisita sunt necessaria , sed etiam necessarium , vt probetur matrimoniū fuisse sequutum, non aliter in-
strumentum dotale non est liquidum, nec authenticū, nec habet executionem pa-

ratam, vt post Bald.in rubr. num. 9. C.de priuileg. dot. & alios notat Viu.decis. 39. lib.1.vbi sic refert decisum, quos probat Fontanell. in tract.de pact.dotalib. claus. 4.glos. 1. num. 55. Carauit. in Rit. 167. nu. 5. de Fran-
chis decis. 366. & nos in collect.decis. 152. Qualiter autem dicantur instrumen-
ta liquida, & habere execu-
tionem paratam , Carauit.
dict. Rit. 166. 167. Sed respectu instrumenti dota-
lis , probato iam matrimo-
nio, & stipulata sint capitu-
la matrimonialia in forma, iam habet hoc instrumen-
tum executionem paratā , vt probat præcitat Docto-
res, & Nouar.in decis.status Amalphiae .

SUMMARIUM.

*Documenti appellatione
venit probatio per testes,
& num. 2. vbi Rose Ro-
manæ verba reponuntur,
& vide num. 9.*

*Verba aliasue secundum,
Iuris dispositiōnēm qua-
liter intelligantur.*

N 4 Modi

- 4 *Modi quibus Iuspatronatus probetur reponuntur, num. 6. & 7.*
 5 *Multiplicatae praesentationes, que dicantur.*
 8 *Author declarat dicta in resolut. 2. & 3.*

ARGUMENTVM.

Probatio Iurispatronatus facta per testes num dicatur authenticum documentum.

RESOLVTIO LI.

Quamvis alibi reposuerim, quando dicitur authenticum documentum, tamen est aduertendum pariter appellatione documenti, de quo in Concilio venire etiam i probationem facta per testes, vt per glos. in cap. 1. de except. in 6. & propterea post concilium testibus probari posse titulum Iurispatronatus voluit in terminis proprijs Nouarius in quadam allegatione inserta inter nostras collectaneas decis. collect. 3101. par. 7. in vers.

quod ostensis tot præsentationibus pagin. 289. qui factetur, iuxta hanc opinionem determinasse Rotam in una Tiraſonen. Iurispræsentandi Mercurij 5. Maij 1593. coram R.P.D. Penia, & alias in Lucana plebis Mercuri 22. Junij 1590. coram R. P.D. Gipsio in illis verbis nempē.

Non obstat, quod Iuspatronatus universitatis presumatur ex usurpatione quesitum, Put. decis. 57. lib. 1. ut fuit dictum in una Nullius Iurispatronatus cœrā Domino meo Pampbilio 2. Maij 1558. & coram me in alia Bononiensi de Variagnana 10. Junij 1589. quo fit, ut requiratur plenior probatio, iuxta Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. Quoniam Concil. Trident. solum statuit, quod titulus Iurispatronatus probetur per legitima documenta appellazione quorunque continentur, nemdum instrumenta, sed etiam testes presumptiones, & probationes à iure cōmuni approbatæ, glos. in cap. 1. & ibi Archid.

Archid. de except. in 6. in persona verò suspecta, tunc concilium requirit scripturam pro forma, quando ipsa suades Iurispatronatus in presentationibus, que non possunt probari, nisi per scripturam, ut fuit decisum in illa Nullius Iurispatronatus propter ea, quae dicātur, quod ubi probatur fundatio, & dotatio per legitima documenta non requiritur immemorabilis, & testes inducti dum taxat fuerunt ad probandam presentationem babuisse effectum, ut bene demonstrat informantes prouinueritate hac tenus Rota.

Et iuxta hanc sententiam video pariter concludi in infra scriptis iurium allegationibus editis in facti contingentia per V.I.D. Franciscum Seuerinum, quadrupliciter tenor est, ut sequitur.

In praesenti causa Iurispatronatus Cappellanię Sancte Marię Purificationis, sitę intus Venerabilem Ecclesiam omnium Sanctorū Terrę Roccę Monfinę, ad quam feci sūt presentati D.

Ascanius de Felippo, & D. Ioan. Nicolaus Lato, plura dubia excitata fuerunt in Episcopali Curia Ciuitatis Theani, vbi inter ipsas partes lis vertebatur.

Dubium fuit circa probationem Iurispatronatus; si poterat dici constare de Iurepatronatus secundum, tradita in Conc. Trid. sess. 25. cap. 9. dum ibi, Sancta Synodus decernit, ut titulus Iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authenticō documento, & alijs requisitis ostendatur; siue etiā ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominem memoriam excedat, &c.

Admodum illustris olim Vicarius generali dictę Curiae, non constare de Iurispatronatus omnino asserebat, quia aliquo modo non constabat de fundatione, vel dotatione secundum disposita in dicto capit. 9. Sac. Conc. Trid.

Ipse verò, qui partes Reuerent. D. Ascanij roebar,

N 2 oppo-

oppositis per dictum Peril-
lustrem Dominum Vicariū
non obstantibus in cōtra-
riam sententiam inclinabā,
mouebar ex eodem cap. 9.
dicti Sac. Conc. alias uē se-
cundum iuris dispositionē,
3 que verba expoūnt Docto-
res id est, vel alijs modis se-
cundum iuris dispositionē,
ita D. Ricc. meritissimus
Episcopus Vici Equensis
meus Dominus obseruan-
dissimus par. 1. var. resolut.
Praxis fori Eccl. resol. 130.
Gonzal. ad Reg. 8. Cancell.
de mens. & altern. glos. 18.
nu. 50. & seqq. idem Epis-
copus Ricc. nunquām fa-
tis laudatus, sed semper lau-
dandus in decis. 72. num. 7.
part. 1. Garz. de benefic.
part. 5. capit. 9. num. 81.
tomo 1.

Ex quo infertur funda-
tionem, & dotationem Iu-
rispatronatus non solum
4 posse probari per authenti-
ca documenta, & per mul-
tiplicatas præsentationes,
vt in d. cap. 9. dicti Concil.
Trid. Sed etiam alijs mo-
dis, secundum iuris cōmu-

nis dispositionem ; & sic etiam per testes Rota decis.
542. in recollect. per Farin.

Videndum est igitur qui-
bus modis fuit probatum
hoc Iurispatronatus. Primò
fuerūt præsentatæ duæ bul-
læ, in quibus attestatur, hu-
ius Iurispatronatus præsen-
tationē spectare, & ptinere
Peccierillis, alias delli Zio
Pietri, ad familiā delli Mac-
caroni, & ad familiam delli
Zazzara, & ita p Antistites
illius temporis fuit iudica-
tum, quæ plenè probant,
quod nouissimè fatetur D.
Io. Maria Nouarius meus
dilectus pract. concl. noui
Iurispontif. concl. 1. alias
94. num. 11. & 12. vbi plu-
res allegat, maximè, quia
præsentati à dictis familijs
fuerunt instituti, & positi
in possessionem dictæ Ca-
pellaniæ, ex quibus bullis
apparet etiā multiplicatæ
præsentationes, & licet se-
cundum Doctores præsen-
tationes, vt dicantur mul-
tiplicatæ ad minus tres re-
quiruntur, tamen duas suf-
ficere restatur Episcopus
Riccius

Riccius p. 1. var. resol. Prax. for. Eccl. resol. 127. num. 4. quem sequitur idem Nouarius in loco supra relato num. 6.

Suffragatur similiter di-
ctis patronis quasi posse-
fio præsentandi in qua re-
periuntur, nam licet secun-
dum Conc. Trid. quasi pos-
sessio sit sublata, & sit do-
cendum de legitimo titulo,
tum quādo ordinarius ser-
uatis seruandis, & prævia
causæ cognitione præsen-
tationes semel admisit, &
instituit nō est amplius do-
cendum de titulo, ita Episcop-
cus Ricc. in decis. 117.
par. 3. & decis. 21. num. 1.
par. 1. Massobr. in Prax. ha-
bendi concurs. ad Paroch.
de deput. Vicar. q. 1. dubio
26. num. 10. & seqq. Guido
Bonus aduocat. 32. sub. nu.
5. Genu. in Praxi Episcop.
cap. 63. num. 3. in prima
editione, Gonzal. in regula
8. Canc. de mens. & altern.
12. glos. 18. num. 20. Garc.
de benef. par. 5. cap. 5. num.
137. & seqq. tanto magis
cum nō simus in personis,

& patronis magnatibus, vt
idem Episcopus Ricc. var.
resol. prax. fori Eccl. par. 1.
resol. 132. Guid. Bonus ad-
uocat. 128. nu. 21. & seqq.
& in aduocat. 129. num. 1.
& seqq.

Fuit etiam hoc ius pro-
batum per famam, fama
enim cōcurrerit cū quasi pos-
sessione præsentandi, etiam
attenta dispositione Sacr.
Concil. Trid. probat Iuspa-
tronatus, Card. Put. decis.
60. & 140. lib. 1. Rota Ro-
mana in nouissimis diuer-
forum par. 3. decis. 481. &
ita fuit decisū in vnā Imo-
lesi Iurispatronatus die 28.
Majj 1584. coram Pamphi-
lo, vt in decis. 792. par. 1. in
nouissimis Rotę Romanę,
& iterū in vnā Aretina ca-
pellanię corā Licta. Imò in
antiquis sola fama sine pos-
sessione præsentandi, pro-
bat Iuspatronatus, vt fuit
resolutum in vnā Tirofo-
nēsi Iurispatronatus die 5.
Majj 1593. coram Licta,
idem refert Garc. de bene-
fic. par. 5. cap. 9. num. 81. &
seqq. vbi refert multas Ko-

tæ Romanæ decisiones, & probationem Iurispatronatus præsumptā in antiquis, etiam per famam sufficere refert Aſcia determin. 62. num. 10. & seqq. Episcopus Minorensis in Praxi parte 1. verbo Iuspatronatus sub num. 3. Episcopus Ricc. in dicta refolit 32. sub num. 3. vers. quam bonum part. 1. Mar. Ant. var. refol. lib. 1. refol. 109. num. 30. & refol. 80. num. 4. 5. 14. & 15. conrentibus alljs conjecturis, Episcopus Campanil. in diuersi. Iur. Can. Rub. 10. cap. 13. num. 417. Farin. decis. 360. num. 4. & seqq. tomo 2. vbi refert cum fama debete concurrere aliqua adminicula, & ibi ponit multas conjecturas eſt in caſu noſtro, in quo præſentatur fides multarum visitationum Episcoporū, aliarum ſcripturarum, in quibus afferitur dictam capellam eſſe Iurepatronatus dictarum familiarum, idem Farin. decis. 195. num. 1. tomo 1. & in antiquis Iuspatronatus probari per fa-

mam, & enunciatiuam fatetur, idem Farin. in decis. 374. num. 4. dicto tomo 2. & concurrente publica voce, & fama cum lōgissima possessione præſentandi idem Farin. decis. 541. n. 1. d. tomo 2. In antiquis ex multiplicatis viſitationibus probatur Iuspatronatus, Farin. decis. 13. num 7. tom. 1. accedēte depositione mul- torum testium de auditu à maioribus, Farin. dicta decis. 13. num. 2. fuerunt exhibitæ duæ præſentationes factæ in duabus vacationi- bus à dictis familijs, quæ magnopere opitulātur, Farinac. decis. 322. num. 7. & seqq. tomo 1. 7. Per verba enunciatiua in antiquis instrumentis à diuersis personis emanata probatur hoc ius, ita Garc. in loco supra relatum. 88. Mafcard. de probat. concl. 959. num. 29. vbi etiam facetur posse probari per famam, & auditum, vt refert etiam decisum, Garc. in d. loco, & Gonjal. in d. glos. 10. num. 50. & seqq. No- uarius

uarius in dies noua semper 8 producens, & pariens in allegata conclus. num. 9. vbi subnectit posse etiam probari per præscriptionem quatragna annorum.

Vnde in hac Roccana Iurispatronatus, licet non ad sint publica documenta, & authenticæ scripturæ foundationis, & dotationis, de illis tamen satis cōstat per famam, & auditum, & præscriptionem, de quibus deponunt testes cum multis, adminiculis, & coniecturis ut in processu.

Nec de prædictis dubitandum est in casu nostro, cūm iuspatronatus, quando sumus in personis privatis, possit probari secundum iuris cōmunis dispositionem, & per testes secundum Conc. Trid. Farnac. decif. 374. nu. 1. tom. 2. iuxta cuius iuris communis dispositionem iuspatronatus potest multis modis probari, vt per DD. in locis supra allegat. Lambert. de Iur. patron. 2. p. lib. 2. q. 10. art. 4. & seq. Hactenus ille :

Quibus veris existētibus aduertas ne erres, quod dicta per nos supra in resol. 2. quod fuerit pro forma introductum à Sacro Concilio Tridentino, vt probatio Iurispatronatus authēticis scripturis fiat, & refolut. 3. quod non possit fieri per equipollens, & sic per testes procedunt in probatione præsentationum continuatarū, vbi per eas probatur Iuspatronatus, prout & ita loquitur declaratio Sacrae Congregationis Illusterrimorum Cardinaliū Concilij Interprætum, ibi adducta, quam ad hunc finem apportauit Nouarius loco ibidem relato, & Illusterrimus D. meus Coccinus dec. 25. nu. 2. & nos dicemus infra suo loco, dū de hoc articulo tractabimus, quia vt supra diximus sub verbo authentico documento satis est probatio per testes, nam illius appellatione non solum instrumenta, sed etiam testes, & alię approbatę Iuris probations veniunt, iuxta glos.

superius

ſuperius citatam, & addu-
cas Rotꝝ decisiones.

S V M M A R I V M .

- 1 Subscriptio in scriptura priuata, requiritur ad remouendum omnem ſuſpicionem, quæ poſſet cadere ſuper illa scriptura.
- 2 Sigillum equipollet ſubſcriptioni.
- 3 Subscribens videtur conſentire.
- 4 Sigillum non ſupplet ſubſcriptionem quæ requiri-
tur, pro forma.
- 5 Scripturam eſſe ſcriptam manu debitoris ſufficit, licet non ſit ſubſcripta.
- 6 Scriptura identitas non probatur planè, licet teſtis deponant ſe vidiffe debitorem ſubſcribere.
- 7 Teſtis doponens de tenore instrumenti non probat, niſi ſit peritus.
- 8 Sigillum, ut faciat fidem debet cōtincere literas in- telligibiles:
- 9 Signum ubi agitur de ſolo præiudicio, ſignantis pro- bat, ſicut ſubſcriptio.

A R G U M E N T U M .

Inſtrumentum an deficias eſſe authenticum ad effectum probandi Iuſpatronatus ſi pro ſubſcriptione teſtium adhibeatur ſignum teſtium ſcribere neſcientium.

R E S O L V T I O L I I .

VIdetur dicendum, quod cum ſubſcriptione requiratur ad remouendum omnem ſuſpicionem, quæ poſſet cadere ſuper scriptura illa principali, vt probatur in §. Si quis igitur, in authent. de instrument. edit. & alibi nam & que ſufficienter remouetur ſuſpicio per ſignum, ac per ſubſcriptionem, quia ſignum facilius imitari, & ab alio fieri potest, quam ſubſcriptione, ideo ceſſante in ſigno ratione legis, ceſſat etiam diſpositio, præcipue in ſigno, quod penna, & atramento fit ab homine literarum ignaro. Nam ſi eſſemus in ſigno ordinato, vt eſt

est signum fortè illud esset,
vt specie ponit, Roman. in
cons. 303. in fin. vbi in ter-
minis vult, quod sigillum
æquipollat subscriptioni,
nā subscribens videtur cō-
sentire, Bart. in l. quæ dotis
in fin. vbi sequuntur cæteri
ff. solut. matrim. Felyn. in
cap. 3. loco, vbi etiam Dec.
de prob. Purpur. post Castr.
in l. admonendi num. 28. ff.
de iure iur. vbi ait plus ope-
rari sigillum, quam subscrip-
tionem, Paris. cons. 19. nu.
108. vol. 2. Et procedunt
hæc omnia in sigillo priua-
to, vt post Specul. ponit ca-
sū Soc. in l. admonendi nu.
15. Menoch. de arbitr. casu
113. Bursat. cons. 123. nu.
num. 22. dicens, quod pri-
uata Corniola plus habet
authoritatis quam publicū
sigillum. Sed aliud est sigil-
lum formale, ex auro, argē-
to, vel ære, continens no-
men, cognomen, vel arma
sigillantis, vel literas ali-
quas: aliud signum informe
vt dixi factum atramento,
q; ab omnibus potest effigi;
quinimò, ego dicebam in-

casu nostro sigillum testis
non sufficere loco subscrip-
tionis: quia testis ad recon-
gnoscēdum signum suum,
non ita potest esse certus,
sicuti quando recognoscit
subscriptionem. Præterea
sigillum nō supplet subscrip-
tionē, quæ requiritur pro
forma, l. aut testium. S. si quis
ff. de cœlum. vbi non suf-
ficit testis signum, nisi etiā
subscripterint, Alexan. d. l.
quæ dotis num. 38. vbi las.
num. 94. Dec. ca. 2. in fin.
de fide instrum. Crau. de
antiq. temp. par. 1. S. quæri-
tur etiam nu. 45. Menoch.
d. casu 113. num. 11. & præ-
prædicti omnes in cogra-
riū citati seq̄untur, quan-
do solum docimur de illius
contentu, & eo casu ad-
mittit cōsentium plane col-
ligi; secus, vbi subscriptio
non ad cōsentendum re-
quiritur, sed ad sollemnizā-
dum actum, & remouendū
suspicionem, & comprobā-
dum scripturæ fidem. Præ-
terea in dictis locis agitur
solum de præjudicio sigil-
lantis, at hic de præjudicio

O tertij;

tertij; Ideò probatio priuilegiata , & exorbitans non recipitur, nisi omnia habeat requisita, addo quod Rom. 1 d. cons. 303. loquitur de sigillo debitoris , cuius est scriptura priuata , & in ea 2 potest suum dictum procedere , quia non rēquiritur pro forma , quod sit ab eo subscripta . Imò sufficit, q̄ sit scripta , l. cum antiquitas, S. cap. de testam. Ro. d. cons. 303. Aret. in cons. 64. col. 6. vers. nec potest dicere num. 5. Crau. d. S. quæritur etiam num. 42. & seqq. Secus autem est in teste cuius subscriptio est omnino necessaria pro forma .

Quod intelligerēmus in teste dictum cuius esset falso , & contrarium tenuit Bart. in l. ad testium §. si quis in fin. ff. de testam. vbi loquitur de testib. dicens ; quod in apoca mercatorū non sufficit sigillum , & sic intelligēdo defenditur, qui ipsi obijcitur ab aliquibus .

Ex quibus facile deueniuntur ad articuli decisionem .

S V M M A R I V M .

Iuspatronatus non acquiritur ex simplici donatione facta capelle .

Iuspatronatus competit ex donatione non autem ex donatione .

A R G U M E N T U M .

Instrumentum simplicis donationis factæ alicui Capellæ an dicatur authenticum ad effectum , ut ex eo probetur Iuspatronatus .

R E S O L V T I O L I I I .

REspondeo negatiuè ; nam licet ex donatione acquiratur Iuspatronat. non tamen ex simplici donatione, legato , vel largitate bonorum , nisi hæc fiant pro dote , tacite , vel expressè , quia simpliciter donans, vel legans, videtur potius benefactor quam dotator, & acquisitor Iurispatronatus , & iūra indulgent Iuspatron. non beneficiari ,

factori, sed dotanti capit. filijs 16.q.7. tradit post alios
Rocchus de Iur. patronat.
verb. & dotauit quæst. 6.
Lambert. in eod. tract.par.
1. lib. quæst.6. artic. prim.
& 2. & Zecchus dict. capit.
12.num.12. versic. notandum autem, & fuit tentum
per Rotam in vnâ Imolen.
Iurispatron. 7. Iunij 1577.
coram D. Cantuccio, quæ
est 2.par. diuer. decis. 167.
num.3. & in vnâ Aretina.
Capellaniæ , seu Iurispa-
tron. 16. Decembris 1594.
& 10. Martij 1595. coram
Seraphino fuit resolutum,
2 iuspatronatus cōpetere ex
dotatione, non ex donatio-
ne, quia tunc potius est be-
nefactor, quam patronus, &
donator, vt in d. decis. 167.
& sic iuspatron. potius cō-
petere Hospitali, cui dona-
ta fuerant bona , vt posset
habere Cappellanum, quia
pro ipsius donatoris anima 1
celebraret, ex quibus dota-
ta fuit Cappellania , quam
ipsi donatori, cum non cō-
fiter donasse pro dote, & te-
stes deponentes de auditu, 3

& publica voce, & fama, &
patronatu prætensæ fami-
liæ donatoris , nihil facere
non concurrente quasi pos-
sessione præsentādi, Cassad.
decis. 2. de probat. Puteus
decis. 60. lib. 1. maximè si
deponunt per verbum præ-
sensis temporis , & sic non
probant de tempore ante
motam litē , Abbas in cap.
licet de testibus num. 3. &
magis credi alijs testibus
concurrente quasi posses-
sione præsentandi pro Ho-
spitali, & ultimo statu, qui
solet attendi ad iudican-
dam qualitatem beneficij ,
Puteus decis. 189. & 192.
lib. 1. Dec. cons. 126. vnde
non recte , ait Menoch. d.
præsumpt. 90. num. 6. ac-
quiri Iuspatronatus ex do-
natione .

SUMMARIUM.

Fundans Capellam potest
in totum, vel in parte re-
mittere Iuspatronatus in
præiudiciū heredū, quod
intellige, ut num. 2.
Prouisio hominis non facit
O 2 cessare

- cessare prouisionem legis.*
4. *Iuspatronatus reservatum pro se suisq; hæredibus sui sanguinis non transit ad extraneos.*
5. *Fundas Iuspatronatus acquirit illud suis hæredibus, & si non fuerit reservatum.*

ARGUMENTVM.

Instrumentum Iurifpatronatus, a dicitur authenticum ad illum probandum si non appareat de expressa reservatione.

RESOLVTIO LIV.

Et notandum pro introductione responsionis ad hanc questionem, quod fundans Ecclesiam, seu cappellam potest in totum, vel pro parte remittere Iuspatronatus, & limitate illud inducere in præiudicium hæredum, vel descendērium, ut sibi placuerit, cap. significauit de testibus cap. i. de Iurepatr. in 6. vbi Archid. & alij Bald. in

1.2. C. de in ius vocan. Roratus verbo ipse, vel is numer. 18. Lambert. 2. part. 1. lib. quest. 2. art. 2. & 4. Rota in vnā Cremonen. Iuspatronat. 18. & 21. Maij 1578. coram Robusterio quæ est 1. p. diuers. decis. 385. vbi tamen Rota id intelligit, si fundator expresse exclusisset hæredes, vel limitate, & taxatiue induxisset solummodo pro talibus non autem quādo simpliciter exprimit, & nominat aliquos patronos, nam nō ideo excludit se ipsum, & suos hæredes, & cōsil. Anch. 81. quod ait communiter receptum, & Calder. 4. de Iur. patr. qui negant, quod ipse fundator, & sui hæredes, fuerint vñquam ab illis nominatis exclusi, quin immò, ab initio cum illis inclusi, nam prouisio hominis, non facit cessare prouisionem legis, &c. cōsilium Gemin. 45. quod ait, quod expressio aliquorum patronorum, censetur facta ad exclusionem aliorū, &c. & ista decis. Rotæ fuit bīs

con-

confirmata corā D. Seraph.
9. Iunij, & 25. Nouem. eod.
anno 1578. sed consil. Ge-
min. videtur, & menti fun-
datoris, & praxi maxime
in Hispania conformius, &
consonat consil. Calder. 5.
d. tit. de Iurepatr. & accedit
doctrina Lambert. 2. p. 1. l.
quæst. 2. art. 4. num. 6. vbi
ait ꝑ si facta fuisset reser-
uatio per patronū pro se, &
hēredibus sui sanguinis, nō
transiret ad extraneos, ma-
ximè si apponeretur dictio 1

5 tantū, verum est, quod fun-
dans, construens, vel dorās
Ecclesiam, seu beneficium,
acquirit Iuspatron. etiamsi 2
illud nō reseruauerit, dum-
modo expressè non remi-
serit cap. nobis de Iurepatr.
& est receptissima conclu-
sio, Sczph. d. tit. de modo, &
forma impetrant. S. de Iuris-
patron. prærogatiua nu. 5.
& post alios Rocch. verb.
& Ecclesiam fundauit q. 8.
num. 12. Lambert. 1. part.
1. lib. quæstion. 2. artic. 4.
Lopez. dict. 1. 1. glos. 6. 1
Paris. de confiden. quæst.
28. num. 231. Zerola sic in-

telligendus d. verb. Iuspa-
tronat. S. 2. in princip. Ge-
nuen. in d. praxi capit. 61.
num. 14. & Rota decis. 5.
de Iurepatron. in antiq. &
d. decis. 167. num. 4. quic-
quid in cōtrarium scrips-
erit, Paul. de Citad. 3. part.
can. 2. quæst. 5. ex num. 12.
Ex quibus patet responsio
ad casum propositum.

SV M M A R I V M.

*Minuta preparata ad cō-
ficiendum instrumentum
Iuspatronatus illud non
probat.*

*Tenor decis. Ros. Rom. re-
fertur.*

ARGUMENTVM.

*Minuta preparata ad con-
ficiendum instrumentum au-
thenticum Iurispatronatus
an probet Iuspatronatus.*

RESOLVTIO EV.

R Espondetur minimè
dici instrumentum
authenticum ad effectum
proban-

probadi Iuspatronatus vir-
tute Cōcilij per decis. Rotę
in vnā Burgi Sancti Doni-
ni præposituræ, coram Bu-
2 tracto cuius tenor est. Sed vi-
sum fuit DD. hic omnem
plene esse difficultatem,
quia Scriptura, de qua agi-
tur manifestè appareat potius
minuta quędam preparata,
quam originalis imbrevia-
tura, sēu matrix alicuius
instrumenta stipulati, &
perfecti. Nam ultra defe-
ctus clausula, actum, &
aliorum supradictorum, cō-
tinetur in ea, dictum Poli-
dorum pro tertia parte, Ca-
roli Episcopi hæredē appro-
bare dictas diuisiones, ut in-
fra, cum reseruationibus cō-
ditionibus, & protestationi-
bus infrascriptis, & tamen
nec ibi, nec alibi in ea legi-
tur approbatio d. Polidori,
nec adjunt aliquæ cuiusdem
reseruationes, sēu protesta-
tiones. Vnde actus remanet
imperfectus, & scriptura
ipsa fidem nō meretur. Bar.
in l. si is qui 25. nu. 3. vers.
per ista dico, & ibi Calbreñ.
num. 7. ff. de testam. Bald.

in d. l. contractus num. 16.
vers. 2. modo, C. de fide in-
strum. Felyn. in c. cū P. Tab-
bellio nu. 1. vers. primus est
de fid. instr. Butr. conf. 11.
in princip. Ruin. conf. 204.
num. 9. lib. 2. Card. Mantic.
de tac. &c. lib. 4. tit. 3. num.
22. Bertazz. tractat. de
claus. instrum. in rub. nu. 6.
in fin. Rota in Recanaten.
successionis coram me, imò
Notarius immediate post di-
cta verba reliquit spatiū
in albo, ex quo clarè argui-
tur, quod non babuit dictam
scripturam, pro perfecta, ex
quo volebas aliquid aliud
addere, ideoque illa multò
minus fidem facit, Natt.
conf. 224. num. 2. vers. item
militas, Bertaz. confil. ciuili
14. num. 7. versc. & tanto
minus lib. 2. Borgn. Caualc.
decis. 45. num. 10. versc. &
spatiū par. 1. & decis. 29.
num. 29. par. 2. & fuit di-
ctum in DD. Meleuitana
hæreditatis, & Recanaten.
successionis, & quod Nota-
rius voluerit, & iuxta par-
tium intentionem debuerit
supra memoratas declara-
tiones,

tiones, & protestationes in
d. albo scribere, apparet etiā
ex alia posteriori scriptura
promissiones, Rolandi de re- 1
leuando inderinem Polido-
rum simul compulsata, in-
qua clarè supponitur, in in-
strumento supradictarum
conventionum adesse infer- 2
tas resaruationes, & prote-
stationes eiusdem Polidori, 3
ut in suum num. 4.

Aliæ verò scripturæ simul 4
cum eodem processu compul-
satæ videlicet, ratificationū
Hieronymi, & Episcopi, &
Antony Mariæ, ac Octauia-
ni heredum pro tertia parte
d. Caroli, nec non promissio-
nis indemnitatis factæ per
Rolandum ad fauorem Po-
lidori, & assertorum com-
promissorū videbantur DD.
pariter difficultatem pati, 1
cum in illis deficiat nomen
Pontificis, seu Imperatoris,
nec non subscriptionis Nota-
rii cum sint manu aliena-
conscripta. Et ita deciſum
parte D. Marchionis, & ab
eo presentati tantum infor- 2
mantे plures merito, ac ci-
sato à præsentato D. Caroli.

S V M M A R I V M .

Scripturæ non in forma
probanti non sunt suffi-
cientes probationes ad fi-
nem probandi Iuspatro-
natus.

Scripturæ in forma proba-
di, quæ dicantur.

Instrumentum requirit pro
substantia subscriptionē.

Abbreuiatura Notarii qui-
do probet.

A R G U M E N T U M .

Scripturæ quando dicantur in
forma probanti ad effectum
probandi Iuspatronatus.

R E S O L V T I O L V I .

Potest formari hæc cō-
sequentia nō sunt scri-
pturæ in forma probanti ;
ergo non sunt sufficientes
pro adimplenda mente cō-
ciliij, vt in simili arguit, Ro-
ta, apud Ludouī. in de-
cis. 550.

Dicuntur autem in for-
ma probanti, vbi carēt ferē
omni-

omnibus perfectionibus, & requisitis enumeratis per glos. in l. generali, C. de tabul. lib. 10. & per Bald. in l. contractus num. 13. C. de fide instrum. & plenè per Bertazz. de claus. instrum. in prohem. nu. 7. & seqq. & per Rot. in Meleritana hereditatis 9. Decembris 1619. coram Illustris. Dominino meo Cardinali Verrospio, & in Recanaten. successionis nimirum nomine Papæ, seu Imperatoris, & anno Imperij, seu Pontificatus loco, atque etiam loco loci, qui est necessarius, ut ex Specul. in tit. de instrum. edit. S. instrumentum num. 5. & Alex. cons. 59. num. 5. lib. 2. & alijs latè comprobatus fuit in Romana legati 28. Junij 1617. in Colonien. sponsalium 9. Junij anni præteriti, & in d. Recanaten, successionis. Item descriptione testium, clausula, actum, aut alia denotante rogatu Notarij requisitum S. nos autem, aut hærede tabul. Seraph. decif. 949. nu. 1. vel si careat quoque

quoq; eiusdem Notar. subscriptione pariter necessaria glos. in d. l. generali, & in auth. de instrum. caut. S. sed si instrumentum verb. adjicantur, cum alijs cumulatis, per Bertaz. in d. proem. num. 12. & in prædicta Re. canaten. successionis corā Lodouisio, vbi quod Rota, quidquid sit de signo, subscriptionem pro substantia instrumenti requirit, & ita obseruat, vnde Rota his vtitur verbis. In hac facti specie, nec obstat, quod ista scriptura sit matrix, & abbreviatura reperta in filcia quadam aliarum rogationum authenticarum eiusdē Notarij, quæ propterea etiam absque subscriptione fidem facit, aut saltim instrumentum in publicam formam ab ea sumi possit, Alex. cons. 14. num. 16. lib. 6. quem Rota sequitur, ut in decis. 250. num. 1. par. 1. diuers. & 628. num. 1. & 2. part. 2. in recent. Seraph. dec. 888. 902. & 909.

Nam omisso, audi scriptura reperta fuerit, vel ne,

ne, in loco , & in rogatibus authenticis, supradicta conclusio procedit, quando talis imbreuiatura appetet perfecta , videlicet cum clausula, actum, testium inscriptions , & alijs denotantibus illius publicationem , ac rogatum Notarij , prout loquuntur omnes praetallagati, & bene declarat, Rub. Alex. conf. 94. num. 2. Paris. conf. 27. num. 10.lib. 2. Roland. conf. 32. num. 36. lib. 2. cum relatis in eadem Recanaten. coram me in prædicta verò scriptura, ne dum deficit d. clausula , actum, &c. vt supra dictum est, itant propterea, nec aliquid probet, nec etiam possit ex ea sumi authenticum instrumentum, Castr. in l. si is qui num. 4 ff. de testam. 3 Alex. d. conf. 14. num. 17. lib. 6. sed etiam desunt omnia alia prædictis , imò amplius omnes clausulæ instrumentales solitæ, & consuetæ . Quem etiam non constat eandem abreuiaturam scriptam esse manu illius Notarij, qui de illa af-

seritur rogatus; immò contrarium colligitur ex depositione duorum testium copulsoriarum, iuxta decimum interrogatorium , adeò ut inde saltē redderetur tantò magis necessaria eiusdem . Notarij subscriptio, iuxta tradita per Alexan. d. conf. 14. num. 18. lib. 6. & bene sentit Roland. d. confil. 32. num. 36. vers. nam 1.lib. 2.

SVMMARIVM.

Scriptura in forma probanti non dicuntur auctentica nisi sint recognitæ.

Scriptura in forma probanti antique etiam si non sint recognitæ dicuntur antique.

Scriptura repertæ, inter alias instrumenta Notarij probant, quoties non fuerint repertæ in archivio.

ARGUMENTVM.

Scriptura in forma probanti, an dicuntur auctentica ad effectum probandi Iuspatronatus

*natus s̄t non sunt recogni-
sa, quid si essemus in anti-
quis.*

RESOLV TIO LVII.

- R**espondeo cum decis. Rotę in vnā Feltren. 15. Decembris 1616. corā Illustrissimo Domino meo Coccino cuius tenor est . *Fuit resolutum, iura ultimo loco producta, super quibus est fundata decisio in bac causa facta 6.Iunij præteriti, esse in forma probati: habent enim indictionem, diem lucum loci testes, & subscriptionē Notarij, iuxta glossa in l. generali, in verb. jeruituti, C.de tabul. lib. 10. Aym. conf. 216. num. 2. & seq.latè Couar.pract.quest. cap. 20. usque ad num. 6. Et fuit dictum in causa Lunen. Sarzanen.Cappellaniæ, 26. Martij 1600. coram R. P. D. Sacrato, & alias sapient. **Nec facit, quod ista Iura non sint benè recognita, 3 quia cùm sint antiquissima neque ultra 120. annos nō egent aliqua recognitione,***

Put. decis. 15.1.lib. 1. Verā. decis. 5.lib. 3. & fuit pluries resolutum, & licet sola data non probet antiquitatem, esset tamen difficultas concurrentibus adminiculis, Put. decis. 186. in fin. lib. 3. Maximum autem adminiculum est obseruantia subsequuta usque ad hodiernam diem, Aymon. consil. 10.1. numer. 4. post alios quos allegat. Quam doctrinam pluries sequuta fuit Rota, & præsertim in dicta causa Lunen. Zarzanen. corā Sacrato, vbi aliæ decisiones allegantur, ultra quod etiā antiquitas proprobatur ex visione scripturarū, prout admisit Rota in causa Tirasonen.iurisdictionis de Tubella 26. Aprillis 1602. coram Reuerendissimo D.meo Archiepiscopo Rodien. nec etiam stante dicta antiquitate, est opus probare notatum, Dec. conf. 36.num. 30.

Minus facit, quod hæ scripturæ nō fuerint repertræ in aliquo archiuio publico, quia ad effectū, quod pro-

probent, hoc verbo requiritur, modò reperiantur plura instrumenta eiusdem Notarij, & ita loquitur Achil. decis. 5. de fide instr. Eoque magis hoc dicendum est, cùm fuerint reperta apud Bartolomæum Deleitum, nepotem Notarij Deleiti, qui etiam recognovit manum ex communi reputacione, & in domo sua, & ex auditu à patre, & iste scripturæ se inuicem coadiuant, & vna recipit robur, & adminiculum ab alia, vt fuit dictum in causa Mediodanen. de Baradia 21. Aprilis 1589. coram Reuerendissimo D. Perusino.

Quantum attinet ad instrumentum erectionis de anno 1468. licet contra ipsum multa opponantur, tamen domini omissa discussione dixerunt, illi esse adhibendam fidem, cum semper usque adhæc tempora, & sic ultra 130. annos ut paret ex dicta decisione 7. in hac causa facta, haebuerit obseruantiam. Quo casu Rota solet adhibere fi-

dem etiam instrumentis informibus, per doctrinam, Bart. inter cons. Bald. cons. 400. nu. 5. & Cyn. ibidem sub num. 6. vers. non obstat, lib. 4. Bald. cons. 402. in fin. lib. 5. Aym. d. cons. 101. nu. 4. & fuit dictum in causa Aquilana reueationis indemnitatis 28. Iunij 1577. corā Oriole. & alias sepius.

SYMMARIVM.

Instrumentum ad finem probandi Iuspatronatus, an debeat recognosci, distinguitur.

ARGUMENTVM.

Instrumentum, ut dicatur authenticum ad effectum probandi Iuspatronatus quo casu debeat recognosci.

RESOLV TIO LVIII.

IN hac quæstionc respō: de distinguendo duos casus.

Primus est, ubi pars aduersa citata nihil opponit,

P 2 tunc

tunc standum erit publicis
instrumētis à publico No-
tario confectis, absque alio
adminiculo, Abb. in c. 1. in
g. ante fin. versic. vnum ta-
men nota hic, & Dec. ibid.
licet varius num. 19. de fid.
instr. Speculator, vbi sup.
d. nu. 1. Aymon. cons. 160.
nu. 2. Menoch. de pr̄sump.
lib. 2. pr̄sumpt. 66. nu. 10.
Rota decis. 480. num. 2. p. 1.
diuers. Egidius decis. 539.
incipit, si pars opponit, alias
conclus. 540. Mascard. de
probat. concl. 1097. nu. 5.
Et tunc tale instrumentum
dicitur probatio probata,
& probat illud, quod can-
tat Bald. in L interest nu. 2.
C. de solutionib. & ibid. An-
gel. notabili ultimo, Rolan.
cons. 76. nu. 8. & cons. 79.
num. 47. & cons. 85. num.
38. vol. 1. & cons. 40. nu. 8.
vol. 2. Caputq. decis. 421.
num. 1. par. 2. & 256. nu. 5.
par. 3. Nec non facit rem-
claram, promptam, manife-
stam, realem, liquidam, pa-
tentem, nōtoriām, & indu-
bitatam, ac difinitam, Dec.
cons. 488. num. 1. Abb. in-

cap. cum dilecti num. 2. de
donat. Marsil. in l. si quis
nu. 140. ff. de quæstionib.
Rolan. cons. 4. num. 23. &
cons. 75. num. 19. vol. 2. &
cons. 79. nu. 87. & 88. vol. 3.
plenissimè Tiraq. de vtroq;
retract. §. 2. glof. 1. nu. 20.
21. 22. & 23.

Secundus casus est, vbi
pars, opponeret contra tale
instrumentum non esse ve-
rum, nec à Notario publi-
co confectum, & signatum,
tunc regulariter, quamvis
nullum vitium, visibile cō-
tineat, erit recognoscendū,
& comprobandum: scilicet
quod fuerit confectum, &
signatum à publico Tabel-
lione, seu Notario pro tali
reputato; vel q̄ saltim te-
stes desuper examinati re-
cognoscant manum ipsius
Notarij: quia est sibi valdē
nota: vel per literarum cō-
parisonem, cum alijs simi-
libus instrumentis ab eodē
Notario confectis, & sic
onus istius cōprobationis
incumbit parti producenti
dictum instrumentum, ita
probat expressa lex Hispa-
niæ.

niae 115. tit. 18. partita 3.
vbi Gregor.Lopez.in glof.
no es scribano publico; opti
mè declarat, tradit etiam
Bald. in authen. Sed nouo
iure num. 5. cap. si certum
petatur,vbi etiam declarat
modum , & qualitates talis
probationis,& recognitio
nis, Alex. in addit.ad Bart.
in l.Herennius,ff. de decu
tionibus,Alciat.de presup.
lib. 3. præsump. 13. nu. 17.
Boer.decis. 36. num. 8.Ro
deric. Suarez in l.post rem
iudicatam in declaratione
legis Regni S. sed pro eu
dentia nu. 34. & 36.Auen
dan. in tit.de exceptio. nu.
26.vers. ideoque,Rebuff.in
tit. de literarum obligatio
nib. art. 1.glof. 8.in ~~l. 10.~~
Viuius lib. 2. comm. opin.
opinion. 195.Parlador.lib.
2. rerum quotidianarum c.
fin. par. 1. S. 11. nu. 15.Ca
putaq. decis. 117. num. 3.
part. 2. Hinc emanauit in
ueteratus huius Romanæ
Curiæ Stylus , vt quoties
cumque producuntur ali
qua instrumenta , non solū
citet pars ad dicendum.

contra iura producta, & vi
dendum illa admitti : Sed
etiam ad videndum iurare
testes super illorum reco
gnitione,&c.& si pars cita
ta opponit aliquid in ter
mino citationis contra fi
dem dictorum instrumen
torum examinantur testes
super recognitione manus
Notarij, à quo sunt instru
menta producta signata .
Sin autem nihil opponit,
non examinatur,quia post
quam instrumentum in sui
facie ostendit,omnes solle
mnitates requisitas,non est
alia recognitio necessaria ,
vt apud Vestrum in Praxi
Romanæ Curiæ lib. 6. cap.
1. num. 7. & 8.
Quando autem non ad
est pars,quæ debeat citari;
veluti super recognitione
literarum testimonialium ,
vel approbationis ab ordi
nario factæ , aut similiūm .
Tunc vtique in Curia sem
per adducuntur testes à par
te instantे,& examinantur
super recognitione manus ,
& sigilli Episcopi, seu ordi
narij, saltim per similitudi
nem .

nem.. Et propterea, vbi in casu acceptionis alternatiue pars, quæ citari debeat semper solet ex officio D. Datarius, aut illius substitutus summarie examinare duos testes super recognitione subscriptionis, & sigilli literarum patentium acceptionis dictæ alternatiue.

SUMMARYM.

1. Instrumentum Iurispatronatus à longinquis partibus, si à parte aduersa negetur quando sit recognoscendū referuntur plures opiniones, quæ concordantur num. 5.
2. Instrumentum tale præsumitur quale apparet in sui figura.
3. Recognitione, & comprobatio quid debet continere.
4. Compulsationis scripturarum requisita.

ARGUMENTVM.

Instrumentum Iurispatronatus allatum à longinquis parti-

bus, si à parte aduersa negetur an sit recognoscendum

RESOLVTIO LIX.

Est quidem controver-sia inter Doctores, an quando instrumenta producta afferuntur de longinquis partibus, & à parte aduersa negentur esse vera, & à publico Notario signata: sint comprobada quamuis ex illorum facie appareat esse perfecta, nec sint in aliquo suspecta? In questio-ne hac firmant plures non esse necessariam comprobationem, quādo comprobatio esset impossibilis, aut admodum difficilis, si persona producens est legalis, pro qua præsumitur, quod non sit immemor salutis æternæ. Ratio est, quia tale præsumitur instrumentum, quale apparet in sui figura, & quia aliter aperiretur via fraudibus, & sic oppositio, seu negatio censemtur calumniosa, ita Speculator in titulo de instrumen-torum editione S. restat, num. 6.

num. 6. Azo in sum. de fid. instrum. in princip. Angelus in Authentico de hæreditibus, & falcidia. §. hinc nobis collatione 1. Pau. Castr. in Authentica, at si contraetatus num. 5. C. de fide instrum. Alc. de præsumpt. reg. 3. præsumptione 13. num. 17. & ibi eius additio, Aufr. in addit. ad capellam Tolos. dec. 330. Corn. cōs. 17. videtur in hac num. 9. vol. 1. & hanc opin. sibi placere dicit Hypp. de Mars. in l. si quis num. 138. & 139. ff. de quæstion. cū alijs per Mascard. de probationibus concl. 1097. num. 12. ac faciunt tradita per Menoc. de præf. lib. 2. præf. 68. & 69.

Ex aduerso verò, quod sit necessaria dicta recognitio, seu comprobatio de duobus. Primò de legalitate Notarij. Secundo de recognitione manus, & signi, seu sigilli illius, quando Notarius est incognitus, concludunt Bald. in l. comparationes num. 12. C. de fide instrum. & ibid. Cygnus, & Salicet. Lanfranc. in

4 cap. quoniam contra §. instrum. productio num. 12. de probationib. Ant. de Butr. in cap. 1. nu. 5. de fide instrument. Felyn. ibid. sub num. 18. ante finem vers. & adde, quod si opponeretur, & Decius nu. 19. Card. in clemen. 1. nu. 8. de procuratoribus, Afflict. decis. 251. num. 1. & per totam, Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 11. num. 16. Viuius lib. 2. opinione 148. decis. Capellæ Tolosanæ 330. Emanuel Suarez in Thesauro receptarum sententiarum verbo instrumentorum, Mascardus de probationibus. cōclusione 1097. num. 13. & 14. & pro hac opinione vrget d. lex 115. tit. 18. partita 3. quæ generaliter loquitur, quam etiā opinionē tenet Rota teste Achille de Grassis decis. 5. de fid. instrumen. & Vestrio in d. praxi lib. 6. cap. 1. num. 8. Caputaq. decis. 4. num. 2. part. 3. Puteo decis. 359. lib. 2.

Prout etiam non est va-
lida

120 Io. Aloysij Riccij Episc. Viciequens.

tida compulsa*ti*o scriptura-
rum, nisi præcedente illarū
recognitione formiter, &
citata parte facta, si com-
pulsa*ti*o fiat ab alio Nota-
rio, quām Actuario, vel il-
lius successore, aut subro-
gato Rota decis. 1. num. 1.
& per totam, & decis. 2. de-
fide instrum. Caputaq. di-
cta decis. 4. & decis. 5. par. 3. 1
Puteus 151.lib. 1. & decis.
440.lib. 2. & alias passim.
seruat Rota.

5 Dictæ tamen oppositæ
sententiaz possent concor-
dari, quod prima opinio 2
procedat, quando non agi-
tur de graui, & magno præ-
iudicio, & persona produ-
cētis est integra, & legalis,
Secunda verò opinio locū
habeat quando ageretur de 3
negotio arduo, & graui, per
tradita à Felyno in d. cap. 1.
num. 18. de fid. instrumen. 4
Auferius in additione ad
capellam Tolosanā decis. 5
330. ante finem, prax. Pa-
pien. de formula oppo-
nendi contra instrum. vers. 6
sed quid si producitur su-

per quo multum valebit iu-
dicantis arbitriū, viso in-
strumenti tenore, ac pensa-
tis, & consideratis circum-
stantijs argumento, l. 3. S.
tu magis scire potes, ff. de
testibus.

S V M M A R I V M .

*Recognitio instrumenti nō
est necessaria si instru-
mentum post signum ta-
bellionis portat literas
testimoniales legalitatis
Notarij.*

*Recognitione non eges in-
strumentum babens testi-
monium aliorum duorū,
aut trium Notariorum
afferentium talēm Nota-
rium esse fidelem.*

*Recognitio deficit si Nota-
rius consciens instrumen-
tum effet persona notoria.*

*Recognitio non requiriatur
in instrumento antiquo.*

*Recognitio instrumenti nō
fit quando agitur de mo-
dico præiudicio.*

*Recognitio cessat, parte
aduersa non opponente.*

A R -

ARGUMENTVM.

Quibus in casibus recognitio non est necessaria in instrumento Iurispatronatus.

RESOLVTIO LX.

PLURES tamen casus sunt, in quibus quāvis pars aduersa, opponat instrumentū non esse à publico Notario confessū, sit illi plena adhibenda fides, licet non fuerit recognitum, nec comprobatum.

Primus est, quando ipsum instrumentū portat secum post signum tabellionis literas testimoniales legalitatis Notarij, à quo est cōfessū, & signatum ab ordinario loci domicilij Notarij concessas, ac sua subscriptione, & sigillo munatas. Nam tunc etiam parte opponente non erit necessaria aliqua recognitio, nullum vitium visibile ex ipsius instrumenti facie apparet Bal. in l.comparationes num. 14. C. de fid. in-

strum. Capol. cantela 54. Hypp. de Mars. in l. si quis ne quæstion. 144. ff. de quæst. dicens hunc modum per totā Italiam. Imò quasi per totum orbem practicari, Boerius decis. 154.nu.4. Steph. Aufr. in addit. ad cap. pellam Tolosanam decis. 330. Mascard. de probatio- nib. concl. 1098.nu. 5. & 6. Vestr. in Praxi lib. 6. cap. 1. num. 8. in fine, Parlad. lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin.par. 1. §. 11. nu. 17. vers. tantundem quoq; Rebuss. in tractatu de literis obli- gatorijs art. 1. glos. 7. nu. 8.

Secundus casus est, quando tale instrumentū haberet fidem, & testimonium, aliorum duorum, aut trium Notarium, seu tabellionem à quo est signatum esse tamē Notarium fidelem, & legalē, suisque scripturis, ac signis plenā semper adhibitam fuisse fidem: ratio est, quia quo plura sunt signa in chartis, tanto cautiōra sunt instrumenta glos. singularis in authentico de tabellionibus s. nos autem

Q

verbo

verbo, ipsis in fine vbi An-
gel. columnā 3. versic. nota
instrumentū collatione 4.
Capolla d. cautela 54. alias
88. incipit si aliquis haberet
Lanfranc. in c. quoniam
contra S. de fid. instrumen-
tu. 5. de probat. Parlador.
vbi sup. num. 17. in principi;
Acabedus in l. 1. num. 138.
tit. 2 1. lib. 4. recopil. Boer.
decis. 154. num. 5. & hoc
iure utimur, licet Mars. in
d. 1. si quis ne questio num.
141. ff. de questionib. hoc
remedium impugneret; ca ra-
tione, quod negas signum
Notarij, pariter poterit ne-
gare signa aliorum Nota-
riorum de illius legalitate
attestantium, quem sequi
viderur Mascard. d. concl.
1098. num. 32. & 33. Sed
profecto ratione carent,
quia minor fraudibus prae-
sumptio cadit in pluribus
signis, quam in uno, ut su-
pra dixi, & tradit Felyn. in
cap. post cessionem nu. 16.
vers. fallit nono de prob. &
quia si talis negatio releva-
ret, pariter etiam possent
negari literæ testimoniales.

Iudicis ordinarij.

Tertius casus est, quando persona tabellionis effec-
ta nota, ut scripsit Azo in
summa in auchen. de instr.
cautela col. 2. vers. sed quid
si proferatur charta publi-
ca, Rodericus Suarez in l.
post rē iudicatam in S. per
evidentia super declarat,
legis Regni num. 3. 4. in
fin. vers. idem si persona ta-
bellionis, & eius scriptura
nota in loco Lopez. in
l. 15. in glos. verb. aueri-
gue, tit. 18. part. 3.

Quartus casus in quo nul-
la requiritur cognitio est,
quando tale instrumentū est
antiquum, ultra annos 60.
Bald. in l. comparationes
num. 14. de fid. instrumen-
Socyn. coaf. 187. num. 10.
lib. 2. Dec. coaf. 42. num. 2.
Corn. conf. 35. nu. 7. lib. 1.
Guid. Pap. decis. 357. nu. 2.
Afflict. decis. 25 1. num. 6.
Aimon. de antiqu. temp. 3. p.
num. 19. Couar. in practic.
questionib. cap. 21. num. 6.
vers. secundus casus, Ve-
rall. decis. 5. num. 1. couar.
seqq. par. 3. Rota decis. 25.
num. 1.

num. x. & decis. 54. num. i.
p. r. diuersi. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 78.
num. 11.

5 Quintus casus est, quando agitur de modico præiudicio, & ipsius Iudicis motus, cum ipso instrumento concurrit, Innoc. in cap. i. num. i. Ioannes And. nu. 4. & ceteri scribentes de Clericis Peregrinis, idem Io. And. & de Butrio in cap. i. num. 5. de fid. instr. Ias. in l. admonendi num. 208. ff. de iure iuran. Lopez. in l. 115. inglos. verb. probando titul. 18. partita 3. vbi alios allegat, & dixi supra numer. 13.

6 Sextus casus est, quando pars aduersa tempore citationis non opponit contra huiusmodi instrumentū non esse legale, nec probare, nec negat esse à publico Notario signatum, quia eunc tacendo illud approbare videtur: & præsumitur, quod nihil relevans habeat, eo ipso, quod non se opponit, & sic recognitio

non esse necessaria, ita yosi postmodum opponere velit audiri non debeat, Felyn. in c. quoniam contra num. 52. de probat. & in c. 2. nu. 31. in fin. de testib. Veralli. decis. 238. nu. 4. par. 1. & decis. 117. num. 4. par. 3. Put. decis. 159. nu. 2. lib. 1. & decis. 99. num. 2. & decis. 486. nu. 1. in princip. lib. 2. Rot. decis. 151. lib. 3. par. 3. diuersi. & alias passim tenet Rota, ac faciunt quæ superius dixi post princ. nu. 6. & tradita per Mascard. de prob. concl. 1300. incipit scripturam priuatam n. 18.

Vnde inoleuit praxis, ut quādo producuntur instrumenta, vel alia iura, & pars citata ad dicendum contra iura producta, q pars citata in termino citationis compareat in actis, & dicat generalia contra &c. quæ verba, licet non habeant vim oppositionis exceptionum contra talia iura producta. Nam exceptiones sunt opponēdæ in specie, & nominatim, non autem in genere

Q. 2. nere

nere c. vt circa 4. de ele&. in 6. clem. constitutionem cod. tit. Rota decis. 1. de libelli oblatione; & decis. 70. 2 de appellat. in antiquis de Graffis decis. 1. à num. 3. de accusationib. Vantius de nullitatib. c. fin. num. 29.

3 Tamen operatur, vt semper remaneat ius saluum, & reseruatum ad excipiendum, & opponeandum quocumq; tempore etiam post terminum, quod aliter fieri non posset, Vestrus in praxi libro 5. capit. sua. num. 10. Caputaq. decis. 323. nu. 1. & per totam, & decis. 330. num. 4. par. 1. & decis. 278. & 279. part. 2. & est sic intelligenda decis. Putei 1. 19. lib. 1. dum dicit, quod potest opponi semper, ante sententiam in eadē instātia. Sicut etiam d. protestatio nō suffragatur, post rem iudicatam, licet obrepta fuerit restit. in integr. vt ut fuit decism in Bracarē Jurispatron. de Padronello 2. Martij 1602. coram Sa-crato olim Rotæ Auditoro.

S U M M A R I V M .

Copia debet esse integra. Instrumentum an debeat integraliter edi, & nu. 3. Edictio ubi esse necessaria, non requiritur, ut eodem edatur. Cessante causa legis cessas eius dispositio.

A R G U M E N T U M .

An instrumentum, ut dicatur authenticum ad effectum probandi Iuspatronatus debet esse integrum, & integraliter edi.

R E S O L V T I O L X I .

Respondetur, quod licet, ut instrumentum dicatur authenticum, & si de facias in iudicio debeat esse integrum, non diminu-ct; ut expressè Bart. in Lar-gentarios S. edit, ff. de eden-do, & latius in rubric. ff. de nou.oper. nunciat. num. 7. & ibidem Ias. num. 8. vbi de communis, & Socyn. iun.

in conf. 128. Surd. cōf. 268.
 vbi plures allegat, & iuxta
 hanc opinionem censuisse,
 Rotam testatur Caualer. in
 decis. 480. prout de stylo
 passim obseruari audiui à
 D. Pyrrho Corrado Cano-
 nico Ecclesiae Neapolita-
 næ, & rerum Romanæ Cu-
 riæ versatissimus. Quo ad
 illud tamen si vt dicatur au-
 thenticum ad effectū pro-
 bandi Iuspatronatus debeat
 integraliter edi, an verò
 sufficiat particula aliqua
 in qua apparet de fundatio-
 ne in quo articulo prima
 cōsideratione videbatur in-
 tegraliter edendum etenim 3
 quando quis ad instrumen-
 ti editionem arctatur de-
 bet integraliter, & totum
 illud edere, vt sic videri, &
 legi integrè possit, vt per il-
 lum text. dicit Franc. in ca-
 pit. cum personæ de pri-
 uileg. in sexto, & inquit
 Angel. in l. prima §. edere
 in princip. ex glof. ibi ff. de
 edendo quando non vide-
 tur edere, qui totam non
 edit, & ideo etiam clausulas
 pœnales, & adiectionales

conditionum edēdas esse,
 quæ sunt qualitates instru-
 menti subdens ibidem nu-
 mero secundo, quando nō
 sufficit producere particu-
 lam statuti, quando produc-
 tio est; necessaria, & ita
 etiam videtur tenere, Bart.
 in rubr. ff. de nou. oper. nūc.
 nu. 7. cum seq. & cum alijs,
 de quibus per Socyn. iun.
 iu eod. rubr. num. 123. cum
 seq. maximè cum produci-
 tur, prout facta fuit in isto
 casu aliqua particula con-
 dictione, Alex. in rubr. nu.
 40. & notatur in ciuile ff.
 de legibus.

Contrarium post multos
 disceptationes resolui, nam
 etiam particula instrumēti
 fidem facit, & ex qualibet
 eius parte oriatur probatio l.
 ex cōuentione, & ibi Bald.
 2. in notab. & Salic. C. de
 pact. & est etiam tex. in l. 1.
 capit. sine sensu, vel reliq.
 Natta conf. 8. nu. 2. vol. 1.
 & potest esse, prout in hu-
 iusmodi casu quando pro-
 batio oriatur ex parte non
 autem ex toto add. ad Bar.
 in rubr. de nou. oper. nunc.
 cum

quam Doctor ibi congettis,
& Natta ibi supra, & parti
legem producenti sufficit
allegare partē pro ipso pro-
ducente facientem satisque
est statuti partem edere
quodque facit ad proposi-
tum, Alex. in addit. ad Bar.
in rubr. in liter. E. & instru-
menti editionē petenti nō
totū instrumentum à par-
te edi debet, sed pars illa-
tantum, quæ ad causæ in-
structionē pertinet ex text.
& ibi norat glos. Bart. &
ceteri scribentes in l. Ar-
gentarius S. edit. ff. de eden-
do capiti contigit, & ibi
glos. final. de fide instru-
ment. capit. cum personæ
de priuileg. in 6. Specul.
in tit. de instrument. edit. S.
videndum num. 9. Alexan.
& alij ad dict. rubricam de
de nou. oper. nunc. Bald. in
l. fin. C. de precibus Imper.
offer. Bartol. & Doctor. in
l. fin. ff. de bonis auct. Iu-
dic. possid. Natta in dict.
conf. 8. num. 1. & Magon.
Rotæ Lucen. decis. 5. nu-
mer. 10.

Accedit doctrina, Abb.

in dicto capit. contigit in-
fin. de fide instrum. dicens,
quod si statutum habet plu-
res partes satis est in iudi-
cio integrum statutum
producere ad legendum, &
parti solū est facienda edi-
tio . . illius partis, quæ
materiam subiectam tangit
& ita inquit esse intelligi-
dum, Bart. in dicta rubrica
de noui operis nunc. prout
etiam refert, & sequitur Alex-
and. ibi add. ad hanc dictam
Bart. & Soc. iun. num. 128.
& Bart. opinio in dict. rubr.
communiter tenetur teste
Iason. ibid. colum. fin. ver-
sic. ultimoy in quantum
quævis quoad statuti pro-
ductionem idem Bart. con-
trariam videatur tenuisse
sententiam in l. omnes po-
puli in fine, ff. de iust. &
iure, & in locis, ff. de
legibus, & suis in l. 2. S.
diem num. 3. ff. quem ad-
modum testamenta aper.
quibus in locis scripsit,
quod licet particula statu-
ti non sit sufficiens produc-
tio tamen produci parti-
cula testamenti, vel alte-
rius

rius instrumenti , & declarat, Dec. in capit. 1. num. 63. de probat. & Natta in dicto consl. 8. loquens in proprijs terminis testamēti , & ita præcitatris in locis Bart. in L intelligendum esse declarat etiam late Soccyn.iun.in prædict. rub. num. 129. cum seq. & patet ex traditis per eruditissimū modernum Pacian. in tractat.de probat. lib. 1. capit. 46. num. 20.

Accedit etiam doctrinæ Felyn. in cap. 1. num. 29. de probat. vbi tradit, quod in casibus, in quibus est necessaria editio , non oportet edere totam copiam instrumenti, sed sufficit edere partem , quæ est causa editionis , Bart. in l. tutor , qui repertorium nu. 24. de administrat. tutor. & illa particula sola est edenda , de qua est inter partes, cōtrouersia; reliquæ verò particulæ tanquam impertinentes non edentur, Bald. in l. fin. in 2. notab. C. de precipibus Imper. offer. vbi etiam subdit , quod text. in capit.

contingit de fide instrum. dicit , quod totū edi debet Iudici , sed parti non edetur, sed id demum, quod ad eam spectat, & facit ad rem de qua agitur , quæ tangit subiectam materiam, & ita etiam si aduersatur declarat Alexand. & ibi additio ad eum num. 36. 37. & 39. in d. rubr. & Dec. in dicto capit. 1. de probat. sub numero 62. tamen ex mente Bart. Bald. Castr. & Abb. & quod nam sit istud per inspectionem Iudici apparer, vt inquit Bar. vbi supra, sed hic fuit exhibitum totum testamentum iudicibus , & parti illa particula edita fuit, de qua erat controuersia inter ipsas partes cum esset intentatum iudicium ab intestato .

Item facit , quod in casibus in quibus quis ad integrī statuti, siue instrumenti editionem arctatur ea adesse ratio, quia sine particula esse posset , quæ modificaret , & corrigeret præcedentia ad text. cum glos. in l. civile, ff. de legibus traduc Bart.

Bart. Rom. & ceteri præser-
eim, Alexand. in dict. rubr.
de noui operis nunciat. sub
num. 35. Iason. num. 8. &
facere videtur, id q[uod] post
Bart. & Angel. not. Ias. in l.
qui filiabus num. 2 ff. de le-
gibus cap. videlicet, quod
quamuis per Notarium nō
debeat dari copia legatario
nisi de particula testamēti,
quæ suum legatum, tangit
debet tamen etiam copia
dari alterius partis in qua
opponatur aliquid petquod
declaretur verbum ambiguum ipsius legati, sed
hic cessat ista ratio, quia
dato etiam, quod mille ad
essent particulæ, & modifi-
catiua, & restrictiæ condi-
tionales, ac penales num-
quam tamq[ue] dici posset,
adesserit testamentum, & id
sat erat ostendere ad mate-
riam, & rem de qua ageba-
tur, vt supra dictum est, &
nulla quoad id cadebat am-
biguitas, ergo cessat etiam
huiusmodi dispositio cap.
cap. cum cessante de appell-
lat. la digere, S. quamvis de
Iurepatronatus de Borell.

in tractat. de successione ab
intestat. nu. 2 17. & cessante
causa introducendi legem
cessat etiam legis dispositio
vt not. Aret. in S. fin. nu. 2.
instit. de eo cui libert. cau-
sa Gabriel. conf. 26. num. 6.
volum. 2.

S V M M A R I V M .

*Ius patronatus acquiritur
ex fundatione, & do-
tatione præterquam in Ec-
clesijs monasterialibus,
sive cœnuntualibus in qui-
bus fundatori non acqui-
ritur ius in elezione su-
perioris.*

*Laicus fundator non potest
prætendere ius eligendi,
aut presentandi superio-
riorem in Ecclesia conu-
eniali, aut collegiata, nisi
in ipsa fundatione à Pa-
pa per speciale priuile-
gium id sibi fuerit con-
cessum.*

*Limita nisi cum fama pri-
uilegiū concurrat imme-
morabilis, vel ostendan-
tur presertim per tan-
sum temporis spaciū,*
vnde

unde posset præsumi priuilegium Apostolicum.

4. *Ius præsentandi, aut eligendi superiorem in Ecclesia conuentuali, aut collegiata per laicū præscriptio-*
ne non acquiritur, nec probatur etiam si Ecclesiastam dotauerit, aut fun-
dauerit, reiecta opinione Couaruiae.

ARGUMENTVM.

Instrumentum quamvis authenticum fundationis, vel dotationis Iurispatronatus. An sit sufficiens ad illud acquirendum in Ecclesijs conuentualibus, vel collegiatis si in ipsa fundatione specialis Papæ authoritas non interueniat.

RESOLVTIO LXII.

Pvlchra ex oritur dubitatio, qualis probatio requiratur quando aliquis pretendit sibi competere ius eligendi, aut præsentandi superiorem in Ecclesia conuentuali, aut collegiata-

ta, & dicendum est huiusmodi ius ex fundatione, & dotatione nō probari, quia licet iuspatronatus acquiratur ex fundatione, & dotatione cap. filijs 16. quæst. 7. & Doct. in cap. nobis de Iurepatronat. & alibi sèpè, tamen in Ecclesijs Monasterialibus, seu conuentualibus hoc locum nō habet; in his enim fundatori non acquiritur ius in electione superioris cap. nobis de Iurepatron. vbi glos. in verbo nisi aliter, & ibi communiter Doct. cap. sacrosancta, & cap. messana de elect. capit. congregatio 16. quæst. 7. cap. nobis, vbi Abb. nu. 9. de Iurepatr. & in cap. de hoc num. 10. vbi loquitur in lege de Simon. neque

2 fundator laicus potest prætendere ius eligendi, aut præsentandi superiorem in Ecclesia conuentuali, aut collegiata, nisi in ipsa fundatione à Papa per speciale priuilegium id sibi fuerit concessum glos. in d. cap. nobis in verbo nisi aliter, versic. vel exponendi Iure-
R patron.

patron. vbi Hostien. nu. 2.
 vers. quia cum pacto Ioan.
 And. num. 9. Abb. num. 9.
 Mohed. decif. 340. alias 10.
 nu. 2. de Siwon. & fuit ten-
 tum in vnā regien. Priora-
 tus coram Cardinale Pam-
 philio, vnde hoc casu pro-
 banda est immemorabilis,
 cum fama priuilegij, vel
 ostendi debet præsentatio-
 nes per tantum temporis
 spacium vnde possit præsu-
 mi priuilegium Apostoli-
 cū. ex immemorabili enim
 & fama priuilegij cum præ-
 sentationibus, quæ effectū
 sortitæ fuerint, oritur legi-
 tima præsumptio, quod in
 limine fundationis Papæ
 priuilegium interuenerit:
 istis verò cessantibus non
 potest per laicum probari,
 nec acquiri ius præsentan-
 di Rectorem, vel Abbatem
 in Ecclesia collegiata, nec
 etiam mediâte præscriptio-
 ne propter iuris communis
 resistentiam. cum enim lai-
 cus sit iurium spiritualium
 incapax d. cap. messana, &
 capit. sacrosancta de elect.
 cap. catifam de præscript.

Abb. in cap. quæ relam-
 num. 9. de elec. & fuit de-
 cisum in vnā Toletana iu-
 ris nominandi 28. Ianuarij
 1583. coram Cardinale
 Blanchetto, non potest tale
 ius præscriptione acquiri,
 aut probari Io. And. in cap.
 2. nu. 6. de præbend. num.
 6. Zabar. conf. 57. num. 2.
 Cassan. de consuetud. Brü-
 gund. rubr. 1. §. 2. in verb.
 & supremum num. 12. not.
 glos. in d. cap. messana in
 verbo consuetudo de elec.
 Aluar. de planctu Ecclesiæ
 lib. 1. cap. 56. Abb. in d. cap.
 de hoc num. 10. de Simoa.
 quam sententiam testatur
 esse communem Couar. in
 in reg. possessor par. 2. §. 10.
 num. 3. de reg. iur. in 6. qui
 licet num. 4. contraria
 opinionem profiteatur in
 eo, qui dotauit, vel funda-
 uit Ecclesiā, ac idem quoq;
 sentiant Boer. quæst. 5. &
 Io. Lopez. in rubr. de don.
 inter vir. & vxor. num. 25.
 & 26. tamen eorum dictum
 nullum habet probabile
 fundamentum, & ratio, quæ
 assignatur pro alia opinio-
 ne

ne est validissima , quia si dotans, vel fundans ab initio est ipso iure incapax acquisitionis istius iuris eligendi, quod est spirituale , sola temporis antiquitas, & consuetudo non potest illum capacē facere, vt præcitato loco num. 27.Io.Lopez.obseruauit,& Aluar.d. cap.56. circa fin.vers. si autem talis collatio .

SV M M A R I V M .

- 1 Notarius post datam copiam authenticam parti non potest aliquid addere , & minuere intellige- ut num. 4. & 5.
- 2 Instrumentum publicum, quod datur à Notario ipse parti, dicitur originale , non autem copia , aut exemplum num. 3.
- 6 Prothocollo an standum sit quando adest variatio in instrumento dato per Notarium num. 7.
- 8 Notarius debet facere , & custodire prothocollum.
- 9 Correctio est facienda per Iudicem seruatis seruan-
- 11 Verba absque diminutione habent vim prohibitionis trebellianicæ.
- 12 Instrumentum authenticum datum parti per Notariū debet attēdi, quamuis nō adsit in prothocollo.
- 13 Non est curandum de matrice , ubi adest instrumentum originale .
- 14 Notario etiam bonæ famæ non creditur dicenti se correxisse instrumentum per errorem , Amplia ve num. 15.
- 16 Notarius an incurrat pœnam falsi addēdo aliquid instrumento per eum ro-gato .
- 17 Suspicio falsi oritur stante diuersitate scripture & factæ per Notarium .
- 18 Falsitatis sola suspicio ha-betur pro cōcludenti proba-tione falsi in ciuilibus.

ARGUMENTVM.

Notario post datam copiam autenticā fundationis Iurispatronatus, An credatur circa probationem Iurispatronatus, si aliquid addat, vel minuat.

RESOLVTIO LXIII.

IN dubio proposito cōclusum est negativē, q̄ Notarius post datū authenicum instrumentum fundationis, semel per eum rogatū in quo non aderat, nisi simplex fundatio nō possit dare aliud instrumentum cum additione, quod præsentatus aliquid adimpleat: etenim sumus in scriptura cōfēcta per ipsummet Notariū prothocollī authorē coram quo fuit conditum testamentum, & ab eodem traditum proprio signo signatū, quod dicitur ipsummet originale: non autem copia, seu exemplum l. vñū vbi glos. in verbis exemplis ff. de testament. Bart. in

authent. si quis in aliquo nu. 3. vbi Bald. Salic. Alex. Ias. Dec. Purpur. & Curt. iun. C.de edendo, Felyn. in cap. Albericus col. 2. de testibus, Aret. in cap. quoniā contra num. 12. notab. 13. de probat. Couar. practicarum quæst. cap. 19. num. 3. col. 4. in princip. vers. nam ea scriptura, Rota decis. 1. de fide instrum. in nouis, & decis. 4. eodem tit. in antiquis, Caputaq. decis. 170. par. 1. & decis. 351. par. 2. & hęc opinio passim ab omnibus approbata, vt ex multis decisionibus relatis testatur Rota decis. 581. num. 2. par. 2. & decis. 687. num. 2. part. 1. Burr. conf. 32. ad fin. vers. si autē, testatur Lapus allegat. 77. Tabellio publicus num. 1. cum seqq. vbi etiam inseruntur duo conf. Franc. Aret. & Ricard. de Salicet. cum alijs, Mandoz. ibidem in verbo Iudicis Ordinarij. cum ergo sumus in ipsomet originali iam parti tradito nō potest amplius per Notariū illud mutari, & confici aliud originale

ginale cum additione alterante substantiam negotij, & ipsius substitutionis, tāquā funetus fuerit officio suo, ita vt nec punctum, aut syllabam adere possit, Bart. in l. imperator, ff. de testam. homin. Bald. in cap. ex literis num. 8. de fide instrum. Francisc. Marc. decis. 163. num. 5. lib. 1. Gabr. de consuetud. conclus. 3. num. 43. maximē quando prout in casu nostro mutatur, & alteratur substantia veritatis cap. dudum de conuers. coniugat Lap. allegat. 77. num. 3. & 7. Roman. consil. 198. num. 1. & quod dicitur stari prothocollo quando adest variatio, procedit si datum fuerit exemplum à Notario: secus autē si ipsum originale, Bald. in l. imperator in 1. lect. num. 4. in fine ff. de stat. hom. Socyn. cons. 199. num. 1. lib. 2. & quāuis aliqui teneant, idē esse de originali dato per Notarium, cū prothocollo sit magis originale, Socyn. cons. 277. num. 2. Felyn. in capit. quoniam.

contra nu. 10. in 7. notab. de probat. Bart. & Imol. in l. sempronius de legat. 2. Bald. in l. nostram 30. nu. 4. C. de testament. Tamen de hoc non est quærendum, cū non adsit in casu nostro aliquod prothocollum, & folium, quod ex aduerso detur sub prætextu, quod sit matrix cancellatum, & non constat an sit illud, & de quo agitur: cum nō creditur Notario de errore, vt infra dicetur, & passim per Notarium sunt facienda, & custodienda prothocolia Farinac. quæstione 152. num. 12.

Et in casibus in quibus permittitur aliqua mutatio post datum authenticum instrumentum parti quando sumus circa substantia debet fieri correctio per Notarium de mandato Iudicis præviae causæ cognitione, & citatis citandis, & probato errore. cum alias si ista non interuenirent, authoritas Iudicis illum non excusaret, Bart. cons. 208. nu. 3. in 2. dub. lib. 1. Albensi. cons.

conf. 10. num. 18. Mascard.
 conclus. 4. num. 16. & ita
 etiam faciendam esse in te-
 stamentis, Caputaq. decis.
 247. par. 2. quæ procedunt
 quamuis per Notarium fue-
 rit data copia simplex' par-
 ei, & non authenticum in-
 strumentum: cum ad huius
 effectum ista authenticatio
 non requiratur; sed semper
 sit adhibēda authoritas Iu-
 dicis pro corrigendo huius-
 modi errore ommissionis,
 Bertaz. conf. criminal. 543.
 num. 5. lib. 2. Farinac. quest.
 156. part. 1. num. 1.

Quod autem simus in
 additione circa substantia-
 lia nō est dubitandum cum
 primum originale testame-
 tum dotis solum contineat
 simplicē substitutionem fa-
 miliæ filiæ ex qua deducen-
 da est legitima, & trebellia-
 nica. In secundo autem te-
 stamento postea per eundē
 Notarium alteri parti tra-
 dito adduntur illa verba
 absque aliqua diminutione
 quæ habent vim prohibi-
 tionis trebellianicæ, Bald.
 in l. precibus nu. 44. C. de

impub. & alijs substit. Cast.
 in auth. cum testator num.
 2. C. ad l. falcid. Aret. conf.
 12. num. 6. & 7. Paris. conf.
 21. num. 35. lib. 3. Crot. in
 l. nemo potest num. 19. &
 20. ff. de legat. 1. & nemini
 nem ab hac opinione dispre-
 pare testatur, Mantica de
 coniect. vltim. volunt. lib.
 7. tit. 12. num. 16.

Et adeò primum origi-
 nale datum per Notarium
 attenditur, vt illi sit standū
 quamvis nō ad prothocol-
 lum, & non probetur illius
 amissio: cum illud sit origi-
 nale non autem exemplum
 iuxta opinionem veriorem
 Nicol. Matarell. de qua per
 Bald. in rubr. C. de fide in-
 strument. num. 20. & 28. &
 in l. admonendi col. 8. de
 iureiurand. Couar. practic.
 quest. capit. 19. col. 4.

Prout etiam dicimus, q
 non est curandum de ma-
 trice, neque de ea est fa-
 ciēda probatio, quando ad-
 est instrumentum origina-
 le, Bald. in rubr. C. de fide
 fide instrum. num. 2. Alex.
 conf. 175. num. 3. lib. 7. Ro-

ta

ta decis. 582. nu. 7. par. 1.

Neque obstat, quod Notarius afferat se errasse dum in primo originali omisit ponere illa verba (aliqua diminutione) cum tamen essent ponenda tamquam ad sint in matrice per eum producta. quia non creditur Notario dicenti se correxisse propterea rrorem ab eo commissum Gram. cons. 24. nu. 1. vbi ampliat quamvis simus in Notario bone famae subdens etiam, quod adhunc effectum non sufficeret vnicus testis cum Notario, nec iuramentum suppletorium Bald. in l. cu proponebatur ff. de legat. 2. & in l. imperator, ff. de statu homin. Farinac. quest. 156. part. 1. num. 78.

Propterea hic non agimus de condendando Notario tamquam per istam additionem dicatur incurrisse poenam falsi, vel similem, quia super hoc non scribimus, nec voluntas aliquid scribere, & multa tradit Farinac. quest. 156. nu.

22. vsque ad 29. sed solum dicimus, quod stante hu- iusmodi diuersitate, & va- rietate scripturę oritur non modica suspicio falsi, Cæphal. conf. 287. num. 10. vsque ad 16. lib. 2. iuxta l. qui falso, vel varie, ff. de te- stibus, Ruyn. consil. 149. num. 23. lib. 5. Natta consil. 285. num. 5. Menoch. de arbitran. cas. 187. num. 43. post Bald. in l. cum proponebatur 66. ff. de legat. 2. Aretin. consil. 7. num. 11. in fine.

Quæ sola falsitatis suspi- tio in ciuilibus habetur pro concludenti probatione, falsitatis Archidiac. & Do- minic. in capit. memoriam 19. distinzione, Dec. in- capit. porrecta col. 1. vers. 3. illud dictum de confir- mat. util. vel inut. vsque ad 10. Natta consil. 315. nu. Curt. iun. consil. 61. num. 3. lib. 2. & consil. 132. in fine lib. 3. Syluan. consil. 7. Sera- phin. decis. 1259. num. 6. Menoch. de præsumpt. 99. num. 5. lib. 1.

SV M-

S U M M A R I V M .

- 1 *Notarius an computetur in numero testium , traditur.*
- 2 *Scriptura instrumenti , vel testamenti , ut dicatur authentica , quid sit necessarium .*
- 3 *Testamentum si non sit stipulatum , qualiter probetur explicatur .*
- 4 *Publicatio testamenti , ad quid sit introducta .*

A R G V M E N T V M .

An Notarius computetur in numero testium ad effectum faciendi instrumentum authenticum pro probatione , Iurispatronatus .

R E S O L V T I O L X I V .

Pro resolutione plura aduertenda esse censeo , vnde dico primo si agitur de validitate scripturarum , nempè ad validandam scripturam , & tunc Notarius non computatur in numero testium : hoc dictum omnium , quoniam si agitur de validitate instrumenti , quod certum numerum testium exposcit , tunc clarum est , vt ille numerus testium necessarius , & ultra debeat adesse Notarius , & Iudex , qui simul iuncti faciunt scripturam authenticam , vt in suo loco dictum est , docet etiam Bald. conf. 413. duo sunt statuta lib. 1. in fine versic. 2. verò casu , Alex. Hondoned. & Anch. quos probat Tusch. concl. 98. nu. 1. lit. N. Ruyn. Bero. & Neuizan. quos probat , Surd. conf. 378. num. 36. & omnes alij . Hoc idem procedit in probando instrumento testamenti , quoniam , vt sit authenticum , sunt necessarij septem testes regulariter , & ultra eos est necessarius Notarius de iure communi , & Iudex ad contractus in hoc Regno ; & ideo Notarius non computatur in numero testium , vt optimè probant prænarrati DD. & alij plures , quoniam ex legis dispo-

dispositione est taxatus numerus testium, & ultra adhibetur Notarius, vt de illo actu coram illis testibus faciat instrumentum publicum, & ideo pro regula est Notarium non connumerari in numero testium, quoties agitur de probando aliquo actu per publicam scripturam, quoniam non potest esse Notarius ratione officij, & testis uti persona priuata, sicut nemo potest esse Iudex, & testis, vt latissime Tusch. in d.concl.98. prosequitur, & varijs modis probat.

Dico secundò, si agatur de probando contractu, vel ultima voluntate per testes non autem per scripturam, tunc Notarius connumeratur in numero testium, ita sex testes, & Notarius probarent testamentum, nuncupatum, si duo testes & Notarius, vel unus testis, & Notarius probarent contractum, si duo, vel tres testes requiruntur, ita post Balduin. antiçum glosatorem, probat Bellamer. cons.

primo, num. 28. alios citat, & probat Angel. Aret. consil. 104. in casu proposito num. 29. cum seqq. Alex. Bald. Anchar. Castrensi. Signorol. & alij penes Tusch. d. concl. 98. num. 4. cum seqq. vbi pluries hanc sententiam repetit communè probant etiam Bero. Ruin. Neuizan. & alij quos sequitur, Surd. d. num. 36. Mascalcard. de prob. concl. 1352. num. 56. ex text. in l. dominicus labeo, vbi omnes ff de testam. faciunt tradita per Seraphin. decis. 888. præcipue in num. 8.

Plus dicunt DD. quod si contractus, vel testamentum, partim ex scriptura, & partibus ex testibus probaretur, tunc Notarius connumeraretur in numero testium, vt ad sensum patet, & probat Bald. consil. 413. & in fin. lib. 1. Castrensi. consil. 75. notandum lib. 2. probat Tusch. d. concl. 98. nu. 12. & 13. faciunt latissime discussa per eundem Surd. consil. 414. veluti præsumeretur nullum instrumentum, vt

S quia

quia non haberet debita
requisita; Sic testamentum,
vt quia non esset stipulatum,
tamen testator declarauit
totam eius voluntatem co-
ram sex testibus, & Nota-
rio, tunc Notarius supplet
numerum testium.

Additur etiam, quia pu-
blicatio testamenti cōtinet
testamenti sollemnitatem,
vt publicē de illo constet:
non autem continet, nec
concernit testatoris volun-
tatem, quæ aliundē potest
testib. probari, vt post Bald.
in l. cum proponebatur, ff.
de legat. 2. Bart. Io. de Pla-
tea Ias. & alios not. Surd.
conf. 350. nu. 24. cum seqq.

S V M M A R I V M .

*Instrumenum possessionis
capta per prædecessores
beneficiatos dicitur au-
thenticum secundum No-
uarij opinionem, quam-
sequitur Author.*

A R G U M E N T U M .

*Instrumentum possessionis ca-
pta à prædecessoribus bene-
ficiatis, An dicatur au-
thenticum, ut ex eo probetur
Iuspatronatus.*

R E S O L V T I O L X V

IN facti contingentia
in causa Iurispatrona-
tus quorundā de Miro Ci-
uitatis Castrī Maris de Sta-
bia consultus respondi, q
instrumentum possessionis
captę per prædecessores be-
neficiatos dici possit authen-
tica scriptura ad effe&um
probandi Iuspatronatus, vt
in proprijs terminis dixit
Nouarius in suo Opusculo
noui Iuris Pontificij con-
clus. 2. num. 6. sub Rubrica
de Iurepatronatus, vbi latè
hūc articulum probauit ad
fauorem Domini Marchio-
nis del Vasto circa proba-
tionem Iurispatronatus Ec-
clesiæ Sancti Cyriaci Ter-
ez Vitalini.

D E

DE SECVnda SPECIE nouissimæ probationis Iurispatronatus,

Iuxta formam Concilij Tridentini.

Quæ est ex veris, siue etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, quæ hominum memoriam excedat, circa quam materiam quæritur de infra scriptis.

SUMMARIUM.

ARGUMENTVM.

- 1 *Iuspatronatus secundo modo in defectum instrumenti fundationis, & donationis quomodo probatur.* *An dispositio Concilij procedat ubi nulla in presentationibus facta fuisset mentio fundationis, vel donationis.*
- 2 *Fundatio, & dotorio Iurispatronatus allegari potest immemorabilitate.*
- 3 *Iuspatronatus ex solis presentationibus continuis, ultra hominum memoriam probatur, & si non fuerit facta mentio de fundatione.*

RESOLVTO LXVI.

EST animaduertendum pro introductione, quod secundò modo probatur Iuspatronatus per multiplicatas præsentationes, per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriā excedat quod intelligitur etiam si nullum instrumentum fundationis, seu constructionis,

S 2 osten-

ostendatur, & quamuis in diis præsentationibus nulla apparet facta mētio fundationis, cōstructionis, seu dotationis, Rota decis. 792. num. 11. par. 1. diuersorum Achill.de Grass. decis. 4. de Iurepatronat. & ita declarasse Sac. Congregationē, refert Gonzal. de alternat. glof. 18. num. 46. Rota in 3 Pamphilonen. Iurispatr. 16. Iulij 1586. coram Orano, & 16. Februar. 1588. corā Cardin. Pamphilio, & Ciuitat. Castelli Iurispatron. 28. Maij 1594. coram eodem Pamphilio, Ludouisius decis. 452. num. 1. qua immemorabili probata potest allegari fundatio, & dotatio, & alias melior titulus de mundo capit. super quibusdam S. præterea, & ibi glof. de verb. signific. Bisingett. decis. 4. num. 2. de testibus, Achill.de Gras. decis. 4. de Iurepatronat. Mohedam decis. 3. eodem titulo, Gabriel. consil. 88. num. 17. Rota in vnā Mediolanen. Iuris patronatus

21. Aprilis 1589. coram Comitulo, quod procedit licet neque per instrumēta neque per testes de immemorabili deponentes nulla fiat enunciatio, nec mentio de fundatione, siue dotatione, vt per Rotam diuers. 792. num. 11. part. 1. Galet. in sua Margarit. in verbo Iuspatronat. qui decisū dicit per Sac. Congregationem per hæc verba. *Iurispatronatus ex solis presentationibus continuis, ultra hominum memoria mprobatur licet in eis nulla fuerit facta mētio de fundatione, aut dotatione, refert recenter Nouarius in suo Iure pontificio nouo conclus. 1. sub num. 4. de Iure patronatus.*

SV M MARIV M.

*Præsentationes multipli-
cate ad minus sunt tres,
sed in probatione Iuris-
patronatus sufficiunt duo
ut num. 2.*

AR

ARGUMENTVM.

Multiplicatæ præsentationes, quæ nam dicantur ad effectum probandi Iuspatronatus.

RESOLVTIO LXVII.

Multiplicatæ autem præsentationes dicuntur ad minus tres, quia dictio multum significat ad minus tres vices, Iason. in l. 1. numer. 4. C. de fideicommiss. Cephal. cons. 225. nu. 43. vol. 2. & ita in terminis Genuen. in praxi cap. 63. Verum duas sufficere, ut dicantur multiplicatæ præsentationes tenent, Caualc. in decis. 17. nu. 4. par. 2. Maceraten. var. resolut. cap. 109. nu. 37. Campanil. in diuersi. iur. canon. rubr. 11. cap. 13. num. 4. & ita practicari in Curia Archiepisc. Ciuitatis Neapol. dicit Nouarius conclus. 1. sub nu. 6. de Iurepatronat. vbi nos allegat in praxi resolut. 127. in fin. Barbos de

officio Episcopi par. 3. allegat. 72. num. 32. quia pluralis locutio duorum numero est cōtentia l. vbi numerus ff. de testibus, l. libertas, §. fin. ff. de man. testam. cap. pluralis locutio de regul. iur. in 6. & pluralis numerus vno non contentatur, tum etiam quia predicta dictio (multū) verificari potest in duobus secundum subiectam materiam, vt per Intrigl. in decis. 44. num. 28. Nouarius vbi supra, qui ex Grat. de dict. dict. 127. ait, quod si quis dixerit multos adesse, & multos venisse, etiam in binario verificari potest l. 1. §. hoc scriptum, & vbi Bart. ff. ad Senat. Consult. Sillan. §. fin. instit. de iure person. glos. in cap. ad nostram in verbo per multos de rebus Ecclesię non alienan. Handed. consil. 102. num. 71. vol. 1.

SUMMARIUM.

Præsentationes ad effectū inducendi multiplicatio-

- 2 nem quomodo probentur.
2 Sigillum ordinary quem
effectum operatur.

ARGUMENTVM.

*Præsentationes ad effectum in-
ducendi multiplicationem
qualiter probentur.*

RESOLVTIO LXVIII.

REspondetur, q̄ pro-
bantur per instru-
menta successiū facta, si in
authentica forma producā-
tur, & ita procedunt notata
in cap. si verò de iure patr.
quę instrumenta debent es-
se celebrata, cum Notario,
& testibus. Item per paten-
tes literas institutionis ip-
sius ordinarij cum suo si-
gillo authentico, probātur
si adsint testes cum Notarij
subscriptione: etenim lite-
ræ patentes faciunt fidem
iu iudicijs, clausæ verò non
Ioan. And. in c. patentibus
literis, post Hostiens. & Bu-
trium de priuileg. & credi-
tur literis patentibus, Ab-

batis dicentis se aliquem
recepisse, Specul. in tit. de
probationibus, §. vltimo
num. 17. vers. hoc autem
certum est, & Franc. Mar-
cus decis. 993. nu. 1. par. 2.
& de literis patentibus, vi-
de Gonzal. ad reg. 8. Can-
cell. glos. 59. & de subscrip-
tione, & solito signo tab-
bellionis, seu Notarij, quā-
do sit necessaria, & quan-
do requiratur subscriptio
superioris. Idem vbi supra
glos. 60. sigillum autem
comprobat, confirmat, sup-
plet, & robur adjicit, aliof-
que plures effectus opera-
tur, Bald. in l. bonæ fidei
ante nu. 6. C. de reb. credit
Iason. in l. pacta nouissima
nu. 9. C. de pactis Roman.
conf. 305. num. 2. Vestrius
in praxi lib. 6. cap. 1. nu. 9.
Rota decis. 535. nu. 2. par. 1.
diuers. & sigillum adhoc ut
dicatur authenticum debet
coatinere quandam impres-
sionem l. 1. §. si autem so-
cios ibi sigillo impresso, vbi
not. Bald. C. comm. seru.
manum.

SV M-

SUMMARIUM.

- 1 *Præsentationes multiplicatae debent esse intra tempus antiquissimum.*
- 2 *Tempus antiquissimum est centum annorum.*
- 3 *Doctorum opiniones circa immemorabilitatem.*
- 4 *Tempus immemorabile in materia Iurispatronatus est centum annorum.*
- 5 *Tempus centum annorum habet vim .ituli .*

ARGUMENTVM.

Cursus temporis antiquissimi per quod spatum inducatur ad effectum probandi Iuspatronatus .

RESOLVTIO LXIX.

- I **V**T multiplicatæ præsentationes sint sufficietes ad probandū Iuspatronatus iuxta Conciliū necesse est, vt sint intra tempus antiquissimum. vnde oportunè queritur hic, q̄ nam dicatur tempus anti-

quissimum, & est animaduertendum, quod si huiusmodi præsentationes non sint antiquissimæ non inducunt præsumptionē Iurispatron. vt fuit dictum in Auximana Iurispatron. 28. Maij 1593. coam Illustris. Domino meo Card. Mellino, & magis cōmuniſ opiniō est tempus huiusmodi esse centum annorum, Menoch. de arbit. iud. casu 3. Mascal. de probat. concl. 103. Maceraten. resol. 80. num. 11. Garz. de benefic. part. 12. cap. 2. num. 263. Rota decis. 520. cum seqq. par. 1. & decis. 584. part. 2. in recentioribus nam antiquum factum dicitur si excedat centum annos Tiraquell. in l. si vnquam, verbo omnia num. 13. C. de resc. donat. & tale tempus requiritur in casu nostro; cum addatur, qui hominū memoriā excedat, id est q̄ sit immemorable, q̄ etiam requirit centū annos, Mascal. de prob. concl. 1214. num. 53. & habet vim priuilegij titulum meliorum de

de mundo, Put. decis. 205.
nu. 2. & 3. lib. 1. Ant. Gabr.
de præscript. concl. 1. nu. 1.
44. & 65. Gonzal. de altern.
glos. 33. num. 4. eoque pro-
bato potest allegari fun-
datio, vel dotatio, vel alius
melior titulus capit. super
quibusdam §. præterea, &
ibi glos. de verbis. signific.
& fuit resolutum in vna
Mediolanen. Iurispatr. 21.
Aprilis 1589. corā Comi-
tulo; ideoque procedit, li-
cet neque per instrumenta
præsentationum, neque
per testes super immemo-
rabilis deponentes nulla
fiat mentio de fundatione,
vel dotatione Nouar. con-
clus. 1. sub num. 4. de Iure-
patronatus vbi alios alle-
gat.

3 Verum in hac difficultate plures sunt Doctorum
opiniones, quidam voluerunt spatio quindecim annorum, Calcan. cons. 8. nu.
6. quidam spatio triginta annorum, Guid. Pap. singul. 387. Affl. decis. 13. nu.
23. glos. in cap. 1. vers. antiquitas de his, qui feud.

dare possunt, Roman. cons.
127. alij spatio quadraginta annorum, Burs. in capit.
veniens de. de testibus, Ia-
son. consil. 24. col. 2. lib. 3.
alij spatio 70. annor. Are-
con. cons. 36. col. vlt. quidā
alij spatio nonaginta anno-
rum, Dec. cons. 595. nu. 7.
alij spatio nonaginta no-
uem, vt fuit resolutum in
vnā Bononiensi corā Mo-
hedano 19. Ianuarij 1545.
teste Put. decis. 209. lib. 2.
multi tenuerūt arbitrio Iu-
dicis remitti, Host. in cap.
illud de præsumpt. Alexan.
cons. 4. nu. 12. & cons. 184.
nu. 4. lib. 2. Ruin. cons. 92.
num. 10. lib. 4. cum multis
allegatis per Menoch. de
arbitr. iudic. casu 3. num. 2.

4 Receptio tamen opinio
ab omnibus approbata tē-
pus antiquissimū dici spa-
tio centum annorum, &
maximè in materia de qua
nos loquimur, scilicet in
Iurepatronatus, in quo tra-
ctatur de probando serui-
tutem beneficij Arch. in
cap. fin. plures 18. quæst. 7.
Alex. cons. 58. lib. 4. Soc-
cyn.

sen. consil. 88. lib. 1. Curt.
 iun. conf. 99. Crauet. conf.
 141. num. 3. volum. 1. Dec.
 conf. 13. & 42. & 321. Cas-
 sad. decil. 2. de probat.¹ Put.
 decis. 3. lib. 3. cum alijs, vt
 per Duen. cōcl. 299. fall. 7.
 Crauet. de antiquit. temp.
 in princ. num. 4. Monech.
 de casu 3. num. 6. Mascard.
 de probat. concl. 103. nu. 1.
 vbi dicit illam receptiore
 sententiam Mant. conf. 72.
 num. 3. vol. 1. Cephal. insi-
 nitos allegat adhoc consil.
 250. nu. 18. vol. 2. Cacher.
 decis. Pedemont. 173. nu. 8.
 Mil. in Repertorio in verbo
 antiquum, idque clarissimè
 hic exprimitur cū dicatur:
 qui hominum memoriam
 excedat, non tempus cuius
 initij memoria non extat
 in contrarium dicitur cen-
 tum annorum, Cyn. in l. 2.
 num. 9. C. de seru. & aqua.
 Cæpol. in tractat. de seruit.
 rust. præd. cap. 19. in princ.
 Rebuff. de decim. quæst. 19.
 num. 94. Duen. regul. 90.
 in 1. fall. præséationes igi-
 tur per huiusmodi tempus
 antiquissimum centum an-

norum, vt praxis recepit
 probant titulum fundatio-
 nis, vel dotationis, nam ex
 diuturno tēporis cursu præ
 sumitur titulus in benefi-
 cialibus, Bald. consil. 352.
 num. 3. lib. 1. Zabarel. conf.
 118. Alexan. conf. 6. col. 2.
 lib. 1. Hostiens. in cap. licet
 Hæli. Abb. num. 22. Anam.
 num. 27. Felyn. num. 10. de
 Simon. Felyn. in cap. cum
 nobis col. 2. de præscript.
 Ruin. conf. 118. colum. 3.
 num. 8. lib. 4. Soc. iun. conf.
 77. nu. 54. vol. 1. Ber. conf.
 67. num. 18. vol. 1. Ac titu-
 lus iustus, Bald. in cap. cum
 autem de controuersia in-
 inuestitura, Rolan. à Valle
 conf. 66. num. 48. cum seq.
 vol. 2. Soc. sen. conf. 49. nu.
 24. vol. 1. Affl. decil. 277.
 num. 6. tempus enim cen-
 tum annorum satis habet
 vim tituli, l. hoc iure, §. du-
 ctus aquæ, ff. de aq. quotid.
 & æst. cap. 1. de præser. lib.
 6. glof. in capit. super qui-
 busdam, §. præterea super
 verbo non extat memoria,
 & ibi Abb. de verb. signif.
 Innoc. in capit. si diligenti

T num. 5.

num. 5. de præscript. Aret.
cons. 15. num. 11. Card. Pa-
ris. cons. 111. num. 45. &
48. vol. 1. Dec. cons. 271. i
col. 2. Gonzal. cons. 8. num.
37. & est comm. omnium
DD. sententia.

S V M M A R I V M .

- 1 *Tempus immemorabile quod dicatur ad effectum probandi Iuspatronatus.*
- 2 *Tempus centum annorum est immemorabile ad effectum probandi Iuspatronatus.*
- 3 *Probatio, quæ sit per instrumenta est maioris efficacia, quam probatione protestes.*
- 4 *Negativa non esse memoriam in contrarium bonum in probetur pro instrumentum.*

A R G U M E N T U M .

Immemorabilis, quod nam tempus exigit ad effectum probandi Iuspatronatus.

R E S O L V T I O L X X .

IN hac quæstione allegatur decisio Rotæ contra Seraphino cuius tenor est. In hac materia immemorabilis, & centenariæ Doctores multum se se inuoluunt, & contrarias sententias nobis proponunt, prout clarè apparet ex traditis dicitur per Gabr. de præscrip. concl. 1. num. 17. cum sequent. refert etiam tres opiniones. Prima est tempus immemorabile esse centum annorum. Secunda est, quod immemorabilis, sit maior centenaria. Tertia est, quod sit minor, deinde; ut teneas primam opinionem, quæ est magis cōmuni, tamen Cou. in cap. posses. §. 3. nu. 9. defendit secundam opinionem, quod immemorabilis sit maior, multi tamen doctores, veluti Bald. Cæpol. Zab. Felyn. & alij citati, & moder. Paris. §. 5. num. 63. in fine dicunt tempus 2 cent. annor. censi immemorabile,

morabile, & hoc maximè ratione, neque enim viuen-
tium memoria hoc spatiū 4 attingere, nedum exercere potest. Alia insuper insur-
git difficultas, quæ totam hāc rem obscuriorem red-
dit, quod communiter Do-
ctores post glof. & lo. And.
in c. de præscript. in 6. ne-
gant immemorabilem pro-
bari posse per instrumenta,
notat Gabr. cōs. 161. nu. 81.
rationem redund, quia de
hac negatiua nō vellet, ne-
que potest confici instru-
mentum. Ego in hac Do-
ctorum controversia, cen-
sere posse verè cōstitui re-
gulam, hanc probationem,
quæ sit per instrumenta re-
gulariter esse maioris effi-
cacia, quam sit probatio
per testes, vt colligitur ex
his, quæ tradit Specul. tit.
de instrument. edito S. re-
stat, num. 13. & ideo si po-
test dari aliquo modo pro-
bari posse immemorable
per scripturas, Ego causa
præferrem probationi, quæ
sit per testes, quæ est valdè
lubrica, nā multa hoc mo-

do probatur, quæ sunt sēpē admodum.

Dico igit ur meo quidem iudicio, quo d lices non possit directè probari per instrumentum negatiua bēc non esse memoriam in contrariū tamen puto per indirectum probari posse, ut in le mili dicunt Doctores passionem directè instrumentis nō probari, ut per Abb. in cap. cum nobis num. 5. de præscript. Soccyn. cons. 205. num. 5. in fin. & num. 6. num. 2. codem enim pacto, si per instrumentum probetur per centum, & amplius annos continua-
tos fuisse aliquos praesenta-
tos ad aliquot beneficium,
& successuē unum per al-
terius obitum substitutum in beneficium pro præmor-
tui, utique probatum quoq;
erit necessariam consequen-
tiā, quod alio modo prouisum non fuū de dicto bene-
ficio, non constare contrarij
memoriam factum enim af-
firmatiuum continuū ba-
bet implicitam negatiua sui
contradictoriij. Igisur non
est verum simpliciter per in-

Strumenta immemorabilia probari non posse, sed tan- sum id est admittendum de batione directa, eodem enim modo dici solet negatiuam impossibilem, quæ tamen ali quando per instrumenta probari solet, ut est notissimum. Hoc igitur statu di- co in casu mibi proposito nos babere immemorabilem probatam à die 27. Apr. 1409. usque ad anni 1515. cum toto hoc tempore constet de presentationibus continua- tis huius post alium, & ef- fectuatis, hoc modo probata est iuxta cons. Oldrad. 229. num. 2. & fuit resolutum coram me in Reasina benefi- cijs S. Agoſt. 17. Iunij 1577. & hoc casu haec plusquam centenaria non solum meo iudicio & equipollent immemo- rabilis, cum contineat tempus, quod excedit omnem homi- num memoriam, sed etiam ex pondere probationis in- strumentalis præualeat cum de eius fide nullo modo du- bitari possit cum testium fo- des plerumque sit sasis su- spetta. Illud verum, quod

dicant Doct. aliqui centena- riam non equipollerri imme- morabili, intelligendum ve- rum esse, quod talis probatio cētenaria includeret rei ini- cium, sed si non excedat ini- cium ex ea probatione non sequitur prius idem obser- uantiam non fuisse, quod in casu isto optimè applicatur, an verò hoc sufficiat Com- munitatis stancie statu con- trouersio post annum 1525. indiget particulari discus- sione.

Et iuxta hanc opinione in compluribus causis ser- uari rejecta opinione Ge- nuen. in praxi cap. 63. cu- ius verba sunt. Secundum dubium quod annorum ha- beat esse tēpus immemo- rabile ad probandum Iuf- patronatus, & communis opinio est, quod longissi- mum tempus, & immemo- rabile intelligatur centum annorum, Cynus, Bald. in 1.2. C. de seruitutib. Capel- la Telosana decis. 440. Cra- uet. de antiquit. temp. in 1. par. nu. 2.3. Menochius de arbitr. calu 3. Parisius

vbi

vbi supra , qui multos cu-
mulator Contrariam opinio-
nem , quod tempus imme-
morabile sit minus centum annis , tenet Crauer . vbi su-
pra Menoch . de casu 3 . & conf . 2 . lib . 1 . & hanc op-
nionem crebbrorem , & tu-
tiorem dicit Simon de Pe-
tris de interpretatione vi-
timarum voluntatum lib . 5 .
dubit . 4 . num . 231 . & seq .
propter hominis vitam val-
de abbreviatam , & extimat
Iudicem id deberi arbitrari
secundum locorum aerem ,
& vitam inhabitantium , vt
tempus 60 . vel 70 . anno-
rum dicatur longissimum ,
vel immemorabile sequi-
tur Caualc . d . decif . 17 . & id
videtur verius .)

S V M M A R I V M .

- 2 *Immemorabilis requisita que .*
- 2 *Immemorabilis clauditur ex actibus in contrariū , sed quales debeant esse isti actus num . 3 .*

A R G U M E N T U M .

Præsentationes intra tembus immemorabile , ut suffragentur , que requirantur , ut immemorabilis ipsa sit rectè probata ad effectum verifi- candi Iuspatronatus .

R E S O L V T I O L X X I .

IMmemorabilis requisita sunt , quod testes depo-
nunt de vita quadraginta annos , & de auditu à suis
maioribus , qui ab alijs au-
dierunt , & quod ipse nec
maiores sui nunquam vi-
derint , nec adiuerint con-
trarium , & de publica vo-
ce , & fama per verbum sicut
est glos . in cap . 1 . de præ-
scrip . in 6 . Ludouisius sum-
mus Gregorius XV . Ponti-
fex maximus decif . 196 . vbi
additio in litera A . allegat
Seraph . decif . 1102 . num . 2 .
& decif . 1450 . num . 2 . ve-
rum addit , quod illud re-
quisitum quod maiores non
viderint , vel audierint con-
trarium non sit necessarium ,

ex

ex Rota ibidem allegata, & 2
Conuar. in cap. poffeffor 2.
par. præ. le&t. S. ſub num. 7.
vers. hoc autem ultimum,
& ſubdit deduci ex ſenſu, &
mente dictæ glos. vt facit,
quod voluit glos. in cap. 1.
de præscriptio lib. 6. quam
allegat, & ſequitur Corn.
conf. 47. in fin. lib. 3. Cra-
uet, de antiq. temp. part. 4.
vers. incipit materia nu. 38.
Yrsill. ad decis. 254. in fin.
quam glos. menti tenenda
dixit Franc. in d. cap. 1. nu.
15. & communiter appro-
bari dixi Aret. in cap. licet
ex quadam de testibus, Pa-
ris. conf. 27. num. 96. lib. 1.
Honored. conf. 79. num. 36.
lib. 1. qui dicit magis com-
munem, & mul̄os adducit,
& contrariam opinionem
tenens reprobat, Alexand.
Raudens. decis. 9. num. 9.
79. & 20.

Item requiritur quod te-
ſtis deponens de immemo-
rabilis ſic ætatis quinqua-
ginta quatuor annorum,
Rota decis. 76. nu. 3. par. 1.
cum recent. & latius dice-
mus in ſequent. quælt.

2 In hac etiam materia im-
memorabilis vulgatis est;
conclusio in Rota quod il-
la clauditur ex actibus in
contrariū Rota decis. 254.
num. 1. & 2. & decis. 324.
num. 23. par. 1. in recent. &
decis. 248. num. 2. par. 2. in
recent. immò ſolus rumor,
& tumulus in contrarium
rium reddit improbabilem
immemorabile cū teſtes
deponere debeant, quod
aliquid in contrarium nun-
quā fuerit viſum, nec au-
ditum, vt fuit dictum in d.
Corduben. redēcimarum
18. Maij 1618. coram Illu-
ſtriss. D. meo Coccino De-
cano. Aduertēdum tamen
eft, quod ſi actus, qui datur
in contrarium, ſunt ſupra
centū annos, non allidunt
immemorabilem, ſtat enim
ſimilium extare memoria
in contrarium; cum actu
aliquo vltra cētum annos,
cum memoria hominū non
preſumatur ſe extendere
vitra centum annos; ſi ve-
rō actus in contrarium ſint
infra centum annos, tunc
intrat conclusio, de qua ſu-
pra,

pra, quod excludūt immemorabilem, ita bene declarat Molin.de primogen.

Hispan. lib.2.cap.6.nu.60. & 61. & secuta fuit Rota in Cab.allicen.feudi 26.Aprilis 1613.coram Pirouano, sed nec actus facti infra cētum annos allideret immemorabilem quando es- sent gesti post completam probationem immemorabilis , ut dixit Rota in d. Cau- uilicen. & in quadam cau- fa Iurispatronatus ex dele- gatione Sanctissimi coram me vertente docte quidem (ut solet) proponebat D. Ioan. Maria Nouarius tan- quam Aduocatus .

S U M M A R I V M .

- 1 *Immemorabilis requirit in teste etatem 54. annorum.*
- 2 *Testis in probanda immemorabilitate debet esse 14. annorum.*
- 3 *Immemorabilis , ut recte probetur debet concluden- ter probari à teste 54. an- norum ad finem proban- di Iurispatronatus .*

A R G U M E N T U M .

Immemorabilis , ut recte pro- betur ad effectum probandi Iurispatronatus necesse est, ut etas quinquaginta quatuor annorum in teste concluden- ter probetur alias non suf- fragatur .

R E S O L V T I O L X X I I .

VT dixi immemora- bilis requirit in te- ste etatem 54. quinqua- ginta quatuor annorum , Molin.de primogen. lib. 2. cap.6.num.40.Cacher.de- cis.102.num.26.Franc.de- cis.56.num.22.Ludovisius decis.196.Rota decis.445. num. 1. par. 1. in recent. & decis.248. sub nu.3.par.2. in recent. Nouarius concl. 1. sub num.7.de Iurepatro- natus cum enim deponere debeant de visu de quadra- ginta annis , necesse est q tempore quo videre cepe- runt, esset doli capaces , & proinde quatuordecim an- norum Rota decis. 177. in s.a.

fin.par.4. in nouissimis, & necesse est, quod sit huiusmodi etatis 54. annorum subducto temporis litis morte, Rota decis. 248. num. 4. par. 2. in recent. fuit dictum in Corduben. redicimarum 1618. coram P. D. Coccino Decano, & ideo si quapleres anni sint quibus lis cepta fuit, adeo quod verisimiliter non possint repetiri testes, qui subducto de medio temporis litis habent huiusmodi etatem, tunc immemorabilis est improbalis Seraph. dec. 1450.

3 Hoc supposito ad punctum principalem responderi facti in contingentia cum decis. Rotæ in una Acquinaten. beneficij 11. Martij 1607. cuius tenor est. Domini recessentes à decisione in hac causa facta sub die 9. Decembris 1605. resoluerunt testes, qui in tempore etatis suæ variantur plures annos sibi super edendo non esse, ad probandum immemorabilem administrandos, cum enim ad eam probandum de substantia re-

quiratur certa etas saltem quinquaginta quatuor an Cap. decis. 290. par. 3. & fuit latè deductum in illa Co men. decimarum coram R. P. D. Ortembergo necesse est, quod de tempore dictæ etatis præcisè, & concludenter appareat l. mater C. de probat l. actū ubi glos. Bart. & alijs, ff. de neg. gest. Ias. in rub. C. cap. qui admitt. num. 9. Aimon. conf. 6. num. 106. circa med. & propterea contrarietas circa etatem est circa substantia, & vitia eorum depositionem cap. licet causam ubi glos. in verbo contradicunt de prob. Iu. & Imol. in l. bis verbis, fin. ff. de bæred. instis. Alex. conf. 1. num. 10. lib. 1. siue ista contrarietas, & varia studiofosa, & dolo malofa. Etta sit siue ex quadam sermitate, aut potius quia ignorauerint etatem suam, quod facile contingere potuit in personis rusticis, quamvis de malitia dubitandum sit, quod sibi auxerint etatem, ut concludere possent immemorabilem, quia positiv.

ad istud effectū ferē omnes
egebant tali augumento, cū
habita ratione alterius de-
positionis actas non suffi-
ret, & argumentum in no-
tabili annorum quantitate.
Non obstat regula, quod in
maiori summa minor insit,
quia in depositione testis dif-
ficultatem patitur Ias. in l.
1. §. stipulati num. 9. in fin.
vers. 7. limita ff. de verbis
obligat. cum alijs alleg. &
non solet admitti in actu,
qui potest afferre praeaudi-
cium l. si decem in princ. ff.
de locat. Ias. loco cit. num. 9.
non obstat, quod una depositio
tio aliam non destruit quan-
do possunt inuicem concor-
dari, & quod quantum fieri
potest debent ad concordiam
reduci, quia hoc non potest
fieri, quando testis sibi mani-
festē contra dicit, Alexan.
conf. 20. num. 3. lib. 4. &
quando concordia nō est pro-
babilis, & confusa verbis,
ac veritati, Fel. in cap. cum
tu post num. 13. vers. 3. nota
de testibus tanto minus quā-
do non agitur de concordan-

do uno teste cum alio, sed de
concordantis pluribus depo-
sitionibus eiusdem testis, quia
magis notatur contrarietas
in uno teste, & non est ita
laborandum pro concordia,
Bart. in l. eos in fin. ff. de
fals. tradit Felyn. in d. cap.
cum tu sub nu. 2. vers. qui-
nimo, dixi Bart. & nu. 30.
in fin. Non obstat cōf. Alex.
64. num. 7. lib. 2. quod ille,
qui deponit de decem sine
taxiua, non excludit quin-
decim, quia ultra, quod ve-
notant ibi adden. non proce-
dit in teste deponente de fa-
cto proprio, & par ratione
non habebit locum in teste
deponente de propria etate,
dictum etiam Alex. proce-
vere potest, ubi agitur de
probando aliquo uniuersali,
vel aliquo in genere, secus
autem quando agitur de
probando certo actu, Afflict.
decis. 72. sub num. 6. qnan-
do autem queritur de etate
testis, agitur de ultimo an-
no, & tempore, in quo repe-
ritur testes, & de hoc inter-
rogatur.

S V M M A R I V M .

Immemorabilis ad effectū probandi Iuspatronatus an possit probari per scripturas.

A R G U M E N T U M .

Immemorabilis ad effectum probandi Iuspatronatus, An possit probari per scripturas.

R E S O L V T I O L X X I I .

IN hac questione est distinctum cuncte decisiones Rotæ 583. par. 4. diversorum quam sequuntur sunt Communiter omnes quod licet non possit directè probari per instrumentum negotiua, hæc non esse memoriam incontrarium, tamen puto per indirectum probari posse, ut in simili dicunt Doctores possessionē directè instrumenti non probari, vt per Abb. in cap. cum nobis num. 5. de prescript. Socc. consil. 205. num. 5. in fin. & num. 6. &

num. 2. eodem enim facto, si per instrumentum probetur per centum, & amplius annos continuatos fuisse aliquos presentatos ad aliquod beneficium, & successivè vacum per alterius obitum substitutum in beneficium præmortui, utique probatum quoque erit in necessariam consequentiā, quod alio modo prouisum non fuit, de dicto beneficio, & non constare contrarij memoriam factum enim affirmatiuum continuū habet implicitam negatiuam sui contradictorij. Igitur non est verum simpliciter per instrumenta immemorabile probari non posse, sed tantum idest admittendum quod probatione directa, eodem enim modo dici solet negatiuam impossibile, quæ tamen aliquando per instrumenta probari solet, ut est notissimum. Verum limita singulariter, nam licet per scripturam non probetur memoria in incontrarium, non exstare, nō obstat probatur prescriptio centum.

tum annorū, prout notant.
 Abb. in cap. cum nobis col-
 lum. 2. de præscript. Bald. in
 tractat. præscript. in 2. par.
 3. par. princ. in 6. q. nu. 38.
 Par. in capit. cum nobis
 num. 9. de præscript. & Ga-
 briel. concil. 2. de præscript.

S Y M M A R I V M .

- 1 *Titulus, iniustus, & in-
 ualidus impedit præscri-
 ptionem.*
- 2 *Immemorabilis ad effectū
 probandi Iuspatronatus,
 an suffragetur quando ap-
 paret de titulo inualido.*

A R G U M E N T U M .

*Immemorabilis ad effectum
 probandi Iuspatronatus, An
 suffragetur quando apparet
 de titulo inualido visioſo,
 & iniusto.*

R E S O L V T I O L X X I V .

- 1 *Vando apparet de ti-
 tulo iniusto, & inua-
 lido cessat bonifi-
 des, & impeditur præscri-*

*ptio quolibet, Franc. in
 cap. 1. in fin. de præscript.
 in 6. Gabr. cons. 163. num.
 17. lib. 1. Handed. qui alos
 citat cons. 82. nu. 41. lib. 1.
 Gratian. in discept. foren.
 cap. 441. num. 17. vbi ait,
 quod stante inualiditate si-
 mul succedit mala fides,
 quæ non admittit aliquam
 præscriptionem, etiam tem-
 poris immemorabilis, & ibi
 plures allegat, vnde nu. 18.
 ait eauendum esse in pra-
 ctica ne allegans præscri-
 ptionem ex possessione te-
 poris immemorabilis addu-
 cat aliquem titulum, quia
 si appareret illum esse pu-
 tatiuum, & inualidum de-
 tegeretur mala fides, & nul-
 la præscriptio iuuaret.*

Quibus stantibus sequi-
 tur de iure indubitate, &
 vera conclusio, quod vbi
 constat de iniustitia, seu in-
 ualiditate tituli allegati, &
 fortius si in processu produ-
 citur, quia ad hoc causatur
 mala fides, quæ impedit
 præscriptionem, cap. pos-
 tessor de reg. iur. in 6. co-
 gnoscendum est de tali ti-

V 2 tulo

tulo allegato, vel adhibito ita Butric: in cap. diligentissim. num. 98. de cestibus, Paris. cons. 111. nu. 101. & 102. vol. 1. alios allegat Cacher. decis. 101. num. 23. Cauar. 2. par. relect. regul. possessor, §. nu. 4. verl. ego equidem; hinc inferunt præcipitati DD. quod quando apparet de titulo inualido, & iniusto cessat bona fides, & apparet de mala fide, quae impedit præscriptionem cap. fin, de præscriptio, Cacher. decis. 101. num. 36. talis eo quod etiam mitte annorum præscriptio cum mala fide non procedit opinione. Nec dici potest, q ex alio titulo, quam ex prædicto præscripserint. Quia, ut scribit Paris. cons. 114. nu. 23. in 4. hoc debet probari cum in dubio præsumatur ex asserto titulo producto, arg. 1. quadam mulier, vbi glos. fi. & Bar. ff. de rei vendic. Rip. resp. 1. num. 19. lib. 1. & per illum tex. in terminis præscriptionis, ita notat Bellamer. consil. 10. col. 19. vers. item, & aliter

respondeo, vbi post Innoc. in cap. dudum de decim. dicit, quod ille, qui producit titulum inualidum præsumptione est, quod nullum aliud meliorum habeat, quia si haberet illum produceret, Cacher. decis. 101. nu. 37. & 38. vnde Genuen. in præxi cap. 63. nec ait quintus dubium, an suffragetur immemorabilis quando constat de initio inualido. virtutis tituli à principio, & veritas est, quod non suffragetur, vt dicit Crauet. de antiquitate temporis par. 4. num. 3. Codar. in cap. peccatum 2. part. cap. 8. nu. 8. Sic etiam non procedit immemorabilis quando apertere constat de mala fide glos. & in cap. 1. de præscriptiōnibus, Bald. de præscriptiōnibus in 3. parte principaliter in tit. de bona fide quæst. 6. Gabriel. de præscriptionib. conclus. 2. & Cacher. vbi supra: & ita censuit Rota per hæc verba. Antiquitas non operatur quoad præsumptionem tituli quando constat de titulo, sed inualido.

Quia

*Quia præsumptio, que insurgit ob temporis antiquitatem procedit in dubio: se-
cū si essēmus in claris quo casu cessant cōiecturae l. cō-
tinuus, S. cum ita, ff. de ver-
bor. obligat. & stare sunc
deberimus expresse, Bellamer.
conf. 10. col. 10. in princip.
Aym. conf. 134. num. 44. in
tract. de antiquit. de temp.
d. parte num. 27. cum plur.
seqq. & ad hoc, ut quid di-
catur antiquum requiritur
tempus centum annorum,
Aymon. de tract. 1. par. nu.
2. & ita fuit tentum in
una Lucana Capellania co-
ram Domino Aquillino 19.
Decemb. 1559. prout in eius
lib. fol. 411. sed circa banc
materiam latius fuit dictus;
& resolutum postea in una
Legimeni Canonicatus. &
beneficiorum die 2. Decemb.
1555. coram Caput aquen-
& plenè prosequitur No-
uarius conclus. 1. aum. 5.
de Iurepatronatus, dicens
ita decisum peti Sacram
Congregationem, & ad cō-
probationem supradictorū
facit, quod scribit Piaseg.*

in prax. beneficiali ī tit.
quæ beneficia conferri pos-
funt, vbi dicit, quod non
suffragatur immemorabilis
quando constaret de iniusto
invalido titulo à prin-
cipio, & assert exemplum
puta si appareret, quod fue-
rit usurpatum Iuspatrona-
tus ex priuilegio, & non ex
fundatione, seu dotatione,
quod etiam declaratum
fuisse à Sacra Cōgregatio-
ne refert Consules loco se-
pius citat num. 5. similiter
secundum eum nō iuuatur
quis immemorabili quan-
do constat de mala fide al-
legat tex. in cap. 1. de præ-
ptioribus. Quemadmodum
pariter non operatur im-
memorabilis quando ale-
ret initium irrationali-
secundum Panorm. in cap.
fin. col. 9. vers. 5. quæritur
de consuetudine, & ita vo-
luit glos. 1. cap. 1. de con-
suetudine in 6. vbi Franch.
in 1. & 2. notabili Abbas
conf. 7. vol. 2. Ias. in conf. 5.
nu. 72. vol. 1. Brunus conf.
155. col. 3. vol. 2. & Paris.
confil. 27. num. 50. col. 4.
& in

158 Io. Aloysij Ricciij Episc. Viciequenl.

& in consil. 116. num. 13.
volum. 4.

SV MMARIV M.

- 1 *Immemorabile probatur per testes concurrentibus aliquibus requisitis.*
- 2 *Testes ad probandum immemorabilem singuli deponere debent de omnibus requisitis immemorabilitatis.*

ARGVMENTVM.

Testes ad probandum immemorabilem ad effectum verificandi Iuspatronatus, An sit necesse, ut singuli de omnibus requisitis deponant.

RESOLVTIO LXXV.

- 1 *I*mmemorabile probatur per testes concurrentibus requisitis positis in gloria in cap. 1. de præscript. lib. 6. qui testes sint ad minus 54. annorum, & de 40. testificantur de visu, Nouarius in Opuscul. noui iur. 2 pontific. concl. 1. sub nu. 7.
- de Iurepatronatus, secundò quod testes necessariò dicant communem opinionem esse, quod de contrario vnu non extat memoria. Tertiò, quod testes ita semper viderint, & audierint. Quartò, quod nunquam fuerit obseruatum contrarium, eadem requisita ponit, Mynsing. cent. 1. decis. 30. Mohedan. decis. 12. de Iurepatr. Verall. decis. 290. & 291. part. 3. Guid. Pap. decis. 357. Capic. dec. 194. & nos supra diximus, An autem prefati testes debeant in vniuersum deponere de omnibus dictis requisitis, licet Molina de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 6. nu. 34. teneat non esse necesse, quod testes omnes deponant de omnibus requisitis immemorabilis, sed dicit sufficere, quod vnu deponat de uno, & alter de aliquo requisito sequitur, Franc. decis. 56. & 80. & in factis antiquis mille prostationes coniunguntur, Put. decis. 101. lib. 2. Tamen contrarium tenet Rota, nimirum esse

esse necesse, quod quilibet
testis deponat de omnibus
requisitis, & quod non fiat
cōiunctio, si vñus.deponat
de vno,& alter de alio,Má-
rica decis. 289. num.4. vbi
in specie reprobatur, Molin.
Mariscott. var. resol.lib.2.
cap. 100. nu.10. & eo ipso
quod testis deficit in vno
requisitis immemorabilis,
non probat immemorabile
Rota decit. 557. ante fin.
part.4. in recent. inter im-
pressas sub nomine Farin.
Beltra.additio ad dec. 252.
Sanctissimi Gregorij XV.

SUMMARIUM.

- 1 *Ciues non sunt testes idonei pro probanda immemorabile Iurispatrónatus vniuersitatis.*
- 2 *Testes non deponunt in propriam vtilitatem.*
- 3 *Ciues non possunt testificari immemorabilem pro verificatione Iurispatrónatus vniuersitatis.*

ARGUMENTVM.

Ciues an sint testes idonei ad probandam immemorabile pro verificatione Iurispatrónatus vniuersitatis.

RESOLVTO LXXVI.

VIdetur minimè esse recipiendas deposi-
tiones testium Ciuium ad purificādam immemorabi-
lem pro ipsa vniuersitate cum agatur de ijs, quæ cō-
modum respiciunt singulōrum, vt singulis, non autem in vniuerso, secundum Bir.
in l. instantum, S. vniuersitatis, ff. de rer. diuis. Dec. in capit. insuper de testibus, Franc. Curt. in tract. de te-
stib. tit. quando test. repell. ratione affect. col. pen. petr. Gerard. de Petra Sancta, singul. 24. Crot. in tract. de testib. num. 131. de com-
muni testatur Cepol. in tract. de seruit. Iurispascen-
di num. 10. Bald. conf. 443.
& 445. vol. 5. Guid. Pap.
decis. 573. Capyc. dec. 152.
num. 4.

num. 4. Crauetta de antiqu. tempor. fol. 64. nu. 19. subdens, quod hoc casu numerus testimium non supplet defectum, & omnino repelluntur, Marsil. in l. 1. §. seruum num. 8. de questionib. vbi testatur de magis communni, post alios Crass. de commun. opinione in verbo, vniuersitas, q. 2. Ozafc. decis. Pedemont. 99. nu. 39. Farinac. de testib. quest. 60. num. 495. & seq. cum similib. rationem reddunt præcitat Doctores, & reliqui,

2 possent allegari, quia hoc casu testes deponerent in propriam utilitatem contra tex. in l. omnibus, C. de testib. & l. nullus, C. eod. hanc eadem rationem affert Menoch. de arbitrar. casu 106. num. 14. & 15. vbi ait, quod etiam, quod sentirent commodum in consequentia, repelluntur à testificando, & quidem ratione, nam cōmodi affectio oculos calligine obduere creditur allegat. Fulgos. consil. 174. col. 2. & Bald. in d. consil. 443. lib. 1. & in casu, de

quo agitur ciues nedum in consequentia, verum etiam principaliter commodum sentiebant, quo casu repelluntur à testificando secundum oommunem de qua per Bald. in l. omnib. C. de testib. & ratio est, quoniam ratione supradicti interesse à veritate deuiare censentur C. suspect. 3. q. 5. qua ratione sic stante expresse à testificando repelluntur pro ipsa vniuersitate, ut consuluit Fulgos. in d. consil. 174. Afflict. decis. 400. num. 6. Menoch. de arbitr. dicto casu 106. num: 15. & Farinac. de testib. quest. 60. nu. 533. idque ampliari videbatur etiam in ijs, quæ respiceret commodum singulorum in vniuerso, quando aliter veritas haberi potest, quā per ciues, si non in aētu, saltem in habitu, vt voluit Angel. Aret. in S. 1. institut. de rer. diuis. quem optimis rationibus sequitur Gerard. d. singul. 24. & post glos. Bald. in capit. cum nuntius de testib. num. 2. Dec. in cap. tertio loco num. 48. &

49. de

49. de probation. vbi respondendo cōtrarijs testatur hanc esse veriorem, & ibidem Butr. nu. 14. Festas. de collect. par. 3. q. 8. num. 26. quidquid sit quādo veritas aliter haberi non pos-
fit, vt quia ageretur de re facta in collegio secundum Farinac. d. quæst. 60. num. 479. & 539.

Et licet Salicetus in l. pa-
rentes nu. 4. C. de testibus;
sic distinguit: quod aut res-
pectat ad vniuersitatem
quoad commodum immediatum, & tunc sunt idonei
testes nullo habito respectu
ad commodum quod in
consequētiā singuli per-
ciperent, quem sequitur
Alex. in cons. 68. num. 14.
lib. 2. eo quia commodum,
& vtilitas, quæ in conse-
quentiam venire posset, te-
stes non repellit, vt notabi-
liter dixit Io. And. in ca. sine
possessione col. pen. de re
iudicata lib. 6. eū ait, quid
si Episcopus petit contra
vnam Ecclesiam, & suum
Rectorem quartā decima-
rum, & Rector Ecclesiae al-

legat consuetudinē in con-
trarium, quæ omnes Eccle-
siæ, & Rectores de consue-
tudine non soluerunt hu-
iūsmodi quartam, quod po-
terit hoc probari per alios
Rectores Ecclesiarum, &
quamvis in cōsequentiam
videantur deponere circa
id, quod concerpit eorum
commodum, idem sequitur
Alex. in cons. 172. num. 3.
lib. 2. qui in casu suo defen-
dit ex huiūsmodi decisione
posse produci in testes cali-
garios in negotio, quod re-
spiciebat totam artem cali-
gariorū, & post eum idem
dixerunt Ozasc. Pedemon.
d. decis. 99. num. 13. & Vii.
decis. 115. num. 19. lib. 4.
eo maximè, quia agebatur
de probanda consuetudine
non soluendi gabellas, in
qua ad fauorem vniuersita-
tis clues de vniuersitate
admixtendos esse dixerunt,
Felyn, in cap. insuper in
fin. de testib. Franc. Curt. in
d. tract. de testib. conclus. 4.
num. 14. ad finem Tiraq. in
tractat. Res inter alios acta
fol. 4. vers. hinc postremo,

X Farinac.

Fatinac. d. quæst. 60. num.
494. Mascard. concil. 1363.
num. 60. vbi alios allegat,
& testes producendi erant
in numero copiosissimo, vñ-
terà eos, qui deposuerat, qui
purgabant toram inhabili-
tatem civilicaris, verradit
Casan. in consuetud. Bur-
gund. rubric. 13. S. 5. verba
tertio limita, fol. mīla 372.
Turrete. comit. 59. num. 14.
lib. 2. Rodard. consil. 71.
num. 5. lib. 2. attenta, & in
nobilitate, & legaditate re-
stitutis, qui producendi erāt.
Passett. evan. 25. nū 2. verba
ad tertium respondetur, &
secundū predicta iudicavit.

3. Contrariā tamen senten-
tiā veriorē, ac in praxi re-
ceptā esse censui, ut scilicet
in hoc casu minime esse
legitimos testes, ciues ad
probandum Iuspatrobatum
ipsius vniuersitatis, vel domi-
mini, Capitaquidem decis. 136.
parte 2. Parisius de confid.
quæst. 28. num. 252. & fuit
resolutum in vna fori semi-
proniani, seu nullius Paro-
chialis Decēbris 1593. cor-
sam Illustriss. Card. Pam- 4

philis, quod videtur esse
de mente d. Concilij Tri-
dentini, propter potentiam,
& dominationem quam uni-
uersitas habet super perso-
nas illius, & dominus super
suis vassallis, & subditis.
quicquid in oppositum di-
cat Genuen. in praxi Cu-
riæ Archiepiscopalæ Nea-
politanæ cap. 63. motus ex
regulis generalibus, quia
in hac re sumis in speciali
casu, & tanquam in talium con-
cilium exigit insolitas, &
exactas probationes, nec
contentatur probationibus,
que de iure communis ad-
mittuntur.

SUMMARIUM.

Instrumenca si probata
centum annos non indi-
gant recognitionem.
Scriptura priuata si fit
antiqua nostra censuram
annos non indiget redi-
gnitione.

Instrumenatum quando di-
catur antiquum ad effe-
ctum recognitionis.

Tempus rotulae, an sic
descri-

*distrabidum ad effectum
ansiquatis.*

ARGUMENTVM.

Tempus quando dicitur antiquum ad effectum, ut instrumentum Iurispatronatus non indiget recognitione.

RESOLV TIO LXXVII.

SVm in ea opinione, quod quando instrumenta sunt ultra centum annos, non indigent recognitione, etiam si non concurrant alia adminicula, dummodo habeant faciem instrumenti publici, Put. decis. 12. de fid. instrumen. Rota decis. 623. sub nu. 3. par. 2. in recent. & in Mediolanen. Lurispat. 13. Febr. 1615. coram Pirouano, & in alia Mediolanen. Decimorum de Varisio 26. Ianuarij 1617. coram eodem, & Culmonen. vnionis 7. Februarij 1620. coram 2 Dunozer. Ampliatut, vt etiam scriptura priuata, si

sit antiqua vltra centum annos non indiget recognitione, vt fuit dictam in d. Sulmonen. vnionis corā eodem Dunozer. & ad istū effectum recognitionis instrumentum nō dicitur antiquum nisi sit vltra cētum annos Putaq. decis. 151. lib. 1. Rota decis. 185. post principium part. 1. diuers. vbi dicitur, quod Rota sollet tenere hanc opinionem fuit latē decism in illa Farfen. territorij 19. Martij 1607. coram Peria.

Quando verò instrumenta sunt infra centum annos indigent recognitione Rota decis. 703. num. 3. par. 2. in recent. Benè verum est, quod si sint vltra 70. aut 80. annos, non est necessaria formalis recognitio, sed sufficiunt adminicula, Rot. dec. 693. sub num. 7. par. 2. in recent. fuit dictum in Bonon. fideicommissi decataueris 12. Junij 1614. corā Pirouano. Notandum tamen est, quod ad effectū antiquitatis, an sit subducendum tempus motę litis

alijs Rota variauit, nam
quod sit detrahendū tenet
Rota d. decisi. 185. in princ.
verf. secundo dempto. tem-
pore litis, & p̄nes Seraph. 3
decisi. 76. & fuit tentum in
Aretina Capellaniæ 18.
Martij 1616. coram R. P.
D. Buratto. Contrariam
verò opinionem tenuit p̄nes
eundem Seraph. decisi.
928. num. 1. & p̄nes Püt.
decisi. 349. num. 5. lib. 2. Ve-
rum has opiniones Rota
ad concordiam reduxit in
Tiburtina Castris Sæti An-
geli coram Illustriss. Car-
dinali Lancellotto, vbi fuit
dictū, quod aut instrumentum
est tale, super quo con-
sistit principale fundamen-
tum totius causæ; & tunc
detrahendum est tempus li-
tis. aut verò instrumentum
incidenter in progressu li-
tis producitur, & tunc non
est detrahendum tempus
mote litis ad effectum anti-
quitatis.

SUMMARIUM.

- 2. Præsentationes due, que
constituunt multiplicati-

tionem ad finem proban-
di Iuspatronatus, an de-
bnaet esse antiquissima,
negatius num. 2.

Facultas probandi Iuspa-
tronatus. non est antiquissima.
Standat.

ARGUMENTVM.

*An multiplicatae præsentatio-
nes debent esse omnes int-
tra tempus immemorabile,
An una ipsorum sicutus-
modo.*

RESOLVTIO LXXVIII.

I **S**VNT qui tenent omnes
duas præsentationes, que
constituunt multiplicati-
onem ad effectum pro-
bandi Iuspatronatus virtu-
te Concilij, debere esse an-
tiquissimas. Quod probare
nituntur ex verbis eiusdem
Cœcilij dicta sess. 25. cap. 9.
de reformatione, vt hanc
opinionem tenet Caualc.
in decisi. 17. ex verbis Con-
cilij ibi siue etiam ex mul-
tiplicatis præsentationibus
per antiquissimum tempo-
cursum,

- cursum, qui hominum memoriam excedat quā opinionē sequuti sunt Balbus de Iurepatronat. q. 27. per totum Bursat. cons. 28. nu. 3. & sequen. Contrariam.
 2 sententiam in praxi tenendam cēsui, prout in quam pluribus causis iudicauit, & ita iudicasse Curiam Archiepisc. Neapolit. testatur Genuen. cap. 63. scilicet, quod sufficiat vñā saltem.

de tempore immemorabili, & alias sequentes, & reddit rationem, quia alioquin de verō probaretur Iuspatronatus, & probationum facultas secundum eum nō est augustanda l. quoniam, C. de hæreticis cap. quamquam 14. quæst. 2. & verba Concillij sunt intelligēda virili modo l. si cui ff. de seruitutibus.

DE TERTIA SPECIE probationis Iurispatronatus,

Qua est ex verbis illis Concilij (Alias secundum Iuris dispositionem.)

SUMMARYM.

- 1 Ecclesia dicitur constructa si domus, aut fundus pro constructione assignetur.
 2 Iuspatronatus probatur secundum Iuris dispositionem.

3 Iuspatronatus probatur per famam fundationis, constructionis, seu dotationis, concurrente longissima quasi possessione presentandi.

4 Enunciatio an probent Iuspatronatus.

AR-

ARGUMENTVM.

*Quid significant supra dicta
verba (Aliasue secundum
Iuris dispositionem.)*

RESOLVTIO LXXIX.

Parisius de confident.
q. 28. dicit, quod indicant alium modū acquirendi Iuspatronatus ex constructione, dicens, quod dicitur constructa Ecclesia; si domus, aut fundus pro constructione assignentur, ut dixit Rota Caput aqu. decis. 133. par. 2. post Rocch. de Iurepatronatus, in verbo, & fundantur qu. 9. Alij dicunt, quod possunt etiam intelligi de multiplicatis presentationibus per tempus quadraginta annorum, ad finem prescribendi Iuspatronatus, aduersus alium patronum, quod sufficiat non aduersus Ecclesiam, iuxta Lambertinum de Iurepatronatus 2. par. 1. libri 5. art. 11. 13. q. principaliter, nec Cöcilium id substituit.

Vel dic ita secundum aliquos probatur Iuspatr. secundum Iuris dispositionē, id est, ut possit probari Iuspatronat. illiusque titulus, prout de iure communi disponitur, Gonza. reg. Cancell. de alter. de glos. 18. num. 50. Garc. de benefic. cap. 9. num. 43. lib. ... per illa verba Concilij, Aliasue secundum Iuris dispositionē, quæ notant idem, quod alio modo, Verall. decis. 210. num. 5. par. 1. Put. decis. 170. lib. 3. vnde non solum probatur Iuspatr. per tempus immemorabile, quod probat legitimum titulum fundationis, seu donationis, Felyn. in cap. causam num. 6. de præscript. Mohed. decis. 3. de Iurepat. 47. sed etiam probatur per famam fundationis, constructionis, seu donationis concurrente longissima, quasi possessione presentādi secundum Iuris dispositionem, sicut ante Concilium, Cassador. decis. 3. de Iurepatr. Acchill. ee Grass. decis. 4. nu. 10. de Iurepatr.

Put.

Put. decisi. 60. & decisi. 140.
in fine lib. 2. & fuit dictum
in vnā Tirasonen. Iuris præ-
sentandi die 5. Maij 1593.
corā Litta, vt habetur apud
Garc. de benefic. par. 5. cap.
9. num. 83. & seq. Marc.
Anton. lib. 1. resolut. 109.
num. 30. Rota in Ciuit. Ca-
stelli Iurispatron. 28. Maij

4 coram Cardinal. Pamphilio, & in hoc casu
enunciatiuē antiquæ ha-
bēt vim famæ, vt fuit deci-
sum in Gerunden. beneficij
20. Junij 1597. coram Or-
ano, P. t. decisi. 209. lib. 2. &
enunciatiuē antiquorum.
49. instrumentum à centū
annis citra, etiam si habeat
originem ab eisdem perso-
nis, & personis suspectis
probāt fundationem si fint
adminiculatæ, & concur-
rente quasi possessione,
Garc. d. cap. 9. nu. 91. Rota 1
decisi. 360. num. 5. par. 2. in
recentiorib. & fuit dictum
in Barchionen. vñonis 5.
Decemb. 1597. coram Gy-
ptio.

5 Et quando enunciatiuē 3
probent, latius haberetur in

Rota decisi. 374. p. 2. in re-
centioribus prædictis, &
fuit dictum in Tudertina.
Iurispatronat. Parochialis
S. Laurentij 9. Junij 1623.
coram Patriarcha Hiero-
lymitano; dicta longissima
quasi possessio præsentandi
sufficit, si benè probetur per
testes deponentes decisa
per 30. annos, vt fuit dictū
in vnā Lacen. Pensionis 4.
Maij 1601. coram Illustris.
D. meo Card. Millino, &
sufficit probatio famæ iun-
ctis alijs adminiculis, A-
chill. de Grassi decisi. 7. de
Iurepatr. Dec. conf. 117. &
fuit dictum in Romana Iu-
rispatr. 10. Maij 1595. co-
ram Illustris. D. meo Car-
din. Millano.

SUMMARIUM.

1 *Iurispatronatus probatur de
iure communi probatio-
ne præsumpta.*

2 *Iurispatronatus probatur per
antiquissimā possessorē,
que loco tituli habetur.*

3 *Iurispatronatus probatur fa-
ma.*

4 *Iurispa-*

- 4 *Iuspatronatus probatur instrumentis antiquis in quibus fit mentio de Iusrepatornatus.*
- 5 *Iuspatronatus probatur presentatione effectuata, ac verbis enunciatiis Episcopi afferentis adesse Iuspatronatus.*

ARGUMENTVM.

De iure omuni supposito, quod non fit sublata probandi species Iurispatronatus queritur bic qualiter probatur olim antem Concilium.

RESOLVTO LXXX.

- 1 **N**on primis igitur suppono probationem Iurispatronatus secundum plurer censeri difficultem Arch. in capit. vnico de Iurepatr. lib. 6. Paul. de Cittad. in tractat. Iurispatron. par. 6. q. 17. num. 27. Bursat. conf. 324. num. 1. vol. 4. quamuis quādoq; possit probari plenē, & concludenter scilicet per fundationem, constructionem, dotationem, & si-
- 2 milia, vt latè per Lambert. de Iurepat. 2. lib. 4. q. princ. artic. 4. & lib. 1. q. 2. per totum. Et receptum est de iure communi Iuspatronatus probari probatione, præsumptua, Bald. in auth. quas actiones, ad finem, C. de sacrosanct. cum alijs, & per Mascard. d. concl. 915. num. 2. Et ideo de iure commun probatur. Primo antiquissima possessione, quæ loco tiruli habetur, Bald. in l. cum semper C. de rei vendic. Dec. conf. 126. nu. 3. Cassad. decis. 7. hu. 4. de Iurepatron. Rol. à Valle late conf. 3. lib. 1. Cæphal. conf. 26. num. 28. volum. 1. Cotta decis. 330. Bero. cōf. 6. vol. 1. Menoch. conf. 30. num. 14. & 25. vol. 1. latif. simè Ludou. concl. 42. Secundò probatur fama Dec. conf. 126. num. 3. Barbat. conf. 41. in princip. lib. 1. & cōmuniter alij, vt per Mascard. d. conclus. 956. nu. 19. quōties sumus in antiquis. Put. decis. 141. lib. 1. Crau. consil. 222. num. 2. tertio scripturis, & instrumentis antiquis,

- antiquis,in quibus fit mentio de Iurepatr.Crau.conf. 222. num. 2. & conf. 228. num. 17. Bursat.conf. 324. num. 9.vol. 4. Card. Alban. conf. 6.num. 21.& conf. 84. num. 5. Quartò literis antiquis in lapide , vel marmore incisis , Bald. conf. 310. lib. 5. & conf. 445. lib. 4. Mascard.in rubrica de probat. num. 111. Imola conf. 60. Dec.conf. 135. Quintò præsentatione effectuata , scilicet sequuta institutio- ne ; cum in beneficialibus attendatur ultimus status Abb.conf. 54.lib. 1.Oldrad. conf. 312. in fine, Feder.de sen.q. 334. in 2.dub. Corn. conf. 47. lion. 3. Calder. conf. 2.de Iurepatr.Put.de- cis. 190. lib. 105. & 193. lib. 2. & decis. 242.eod.lib. Crot.dec. 184.in manuscr. Dec.conf. 117.col. 2.& cōf. 124. in princ.& 126.nu. 3.
- 6 Sextò probatur verbis enū- ciatiuis Episcopi afferentis adesse Iuspatronatus Card. Paris.conf. 33.nu.7. vol. 1. conf. 15. num. 27. & conf. 35.num. 27.& conf. 17.nu.

14.vol. 4. Crau. conf. 157. num. 3. & 16. & plures refert Couaru. lib. pract. 99. cap. 21.nu. 2.& faciūt,quæ scribit Caputaq.decis. 133. p. 2.ac alijs modis,vt colligitur per Doct. supra citatos , & præcipue per Lambert. Mascard. & alios recentiores,de quibus omnibus in loco particulari nos verba faciemus.

S V M M A R I V M .

Litere Episcopi probat Ius patronatus .

Verba enunciatiua in antiquis probant .

Fundatio præsumitur ex antiquitate .

Iuspatronatus antiquum fama probatur .

Iuspatronatus probatur pre- scriptione .

A R G U M E N T Y M .

Iuspatronatus an post Concilium Tridentinum probe- tur per verba enunciatiua , per famam, & per præseri- psionem .

Y R E -

RESOLVTIO LXXXI.

IN hac quæstione plures respondidi cū Maceraten. resolution. 80. cuius tenor est. Prætendebant Domini de Ferrarjs Capellam Sancti Antonij vacante esse de Iurepatron. suæ familie, & ad fundandam dictam eorum prætensionem exhibuerunt. Primo duas institutiones factas ab Episcopo N. in quibus enunciatur præfatam capellam esse de Iurepatronatus dictæ familia: literas autem Episcoporum probare Iurepatronatus voluerunt, Paul. de Cittad. de Iurepatr. part. 6. q. 37. num. 3. Gabr. consil. 196. nu. 4. vol. 2. late Mascard. de probat. vol. 2. concl. 956. num. 12. & 23. concl. 1216. num. 3. vol. 3. Rot. Rom. in antiq. decis. 397. in nu. u. decis. 423. secundum antiquam impressionem, & in nouiss. dec. 376. & 1441. par. 3. lib. 3. Pus. decis. 172. in prin. par. 1. & decis. 242. par. 2. ubi firmat, ex dictis

titeris probari bonam fidem presentantium, Paris. de resignat. benef. lib. 8. q. 11. num. 38. cum seq. Secundo fuit ostensum quoddam instrumentum antiquum, in quo assertur, dictam capellam esse pariter de Iurepatron. dictæ familia: Ceterum verba enunciatiua in antiquis probant glv. & Dokk. in cap. cum oblim de cons. Crau. de antiq. temp. in prin. nu. 7. Caule. decis. 17. num. 2. & 35. part. 2. late Mascard. in d. conclus. 956. nu. 29. Gabr. in d. cors. 198. num. 2. cum seq. & num. 5. 3 ubi amplius dicit ex tali antiquitate præsumi fundationem, Turret. consil. 71. num. 8. vol. 1. Achil. de Graß. de Iurepatr. decis. 7. num. 1. Ros. Rom. in nouiss. decis. 545. num. 2. par. 1. dictum autem instrumentum dicebatur antiquum, cum esset annorum 50. iuxta doctrinam Turret. in consil. 56. num. 10. & consil. 71. nu. 46. vol. 1. nu. 46. v. l. 1. Tertio allegata fuit fama in antiquis, quæ fuit plene probata,

probata , tam per scripturas antiquas secundum Turret.in dict. conf. 56. num. 12. Mascard.in d. conclus. 956. num. 17. & Pus. decis. 140. par. 1. Rot. Rom. in nouiss. decis. 481. num. 1. part. 1. quam per testes , licet depo- nentes de auditu, Bursat. cōf. 324. num. 8. vol. 3. Gabr. in d. conf. 196. num. 8. Lamb. de Iurepatron. par. 2. lib. 2. quāst. princ. art. 4. num. 14. Achill. de Graff. de Iurepatr. decis. 6. Gabr. de præscript. lib. 5. concl. 1. num. 84. vers. pro ista opinione , latè Mascard. de probat. vol. 1. concl. 104. num. 1. cum sequen: fa-

4. mam autem sufficere ad probandum antiquum patronatum , tenuerunt Bald. in l. semper, C. de rei vind. Crau. conf. 32. nu. 1. Dec. conf. 127. 1 & conf. 226. Menoch. in d. præsumpt. 90. nu. 11. Achil. de Graff. de Iurepat. decis. 4. num. 10. Mōbed. de Iurepat. decis. 10. Cassad. de probas. decis. 2. num. 4. Puteus decis. 140. par. 1. ubi declarat Gab. d. conf. 192. num. 4. cum seq. Rot. Rom. in nouiss. dec. 481.

par. 3. Quartò deducebatur præscriptio , ex qua Iuspatronatus probatur secundum iura allegata, per Rot. conf. 46. num. 13. & consl. 47. num. 12. & 16. vol. 1. Turret. in d. conf. 71. num. 25. & 34. Menoch. in d. præsumpt. 90. num. 5. Mascard. in d. conel. 956. num. 3. ubi latè . Ultimò proponeba- tur ultimum statum esse at- tendendum circa beneficia, si illa sint libera, vel de Iu- repatronat. Crau. conf. 322. col. pen. Rot. in d. conf. 47. num. 38. Turret. d. conf. 71. num. 51. Gabr. consl. 185. num. 2. vol. 2. Caual. d. de- cis. 11. num. 96.

S V M M A R I V M .

Verbum aliasuè secun- dum juris dispositionem , an aliquid innouauerit .

A R G U M E N T U M .

Concilium Tridentinum in dicto capit. 9. seß. 25. nibil innouavit per illa verba aliasuè secundum juris di-

X 2 spoſ-

spositionem nisi in illis Iurispatronatibus, ubi adest suspicio usurpationis.

RESOLV'TIO LXXXII.

PRACTICAI multoties iu-
faeti contingentia tam
in consulendo, quam in iu-
dicado per illa verba (alias
ve secundum iuris disposi-
tionem) Sacrum Cöcilium
nihil innouasse circa pro-
bationem Iurispatronatus,
nisi in illis patronatibus in
quibus suspicio est usurpa-
tionis, ad quod probandum
sepiissime adduxi decis. Ro-
tae in vnà Genouen. Cap-
pellaniæ 2. Aprilis 1601.
coram Illustrissimo Domino
meo Coccino cuius tenor
est. *Vt morem gererem par-
ti, volui prius dubitare, an
sequam iura in forma pro-
banii producerentur, an re-
leuarent. Et domini absque
difficultate contra informan-
sem resoluerunt, videlicet
non relquare. Cum enim
versemur in terminis Con-
cily cap. 9. de refor. Ies. 25.
quod vult, ut quotiescumq;*

*Iuspatronatus presumitur
ex usurpatione, cum de in-
strumento fundationis non
doceatur, debet per immemo-
rabilem probari, cum pre-
sentationibus continuatis spa-
tio 50. annorum, & effectum
sortitis, quæ authentici scri-
pturis probentur. Hic au-
tem, quicquid sit de conti-
nuatis presentationibus, quia
de illis nibil. domini dixer-
runt, cum summarium datu
non fuerit; probatio imme-
morialis non adest: quæ cum
requiratur pro forma, non
potest adimpleri per equipol-
lens, ut pluries resoluit Sa-
cra Congregatio Concilij, &
tenuit Rota coram Sanctissi-
mo D. N. in causa Sabinen.
Beneficij de anno 1582. &
coram R. P. D. Pambilio, in
causa nullius Archipresby-
teratus 2. May 1558. nec
dubitari potest, quin bic pre-
sumatur ex usurpatione cu
Iuspatr. pretendatur à Pa-
rochianis Put. dec. 57. lib. 1.
Achil. decis. 4. de Iurepatr.
Ant. August. eod. tit. Tban.
59. & ita resoluit Sacra
Congregatio Illustrissimor.
Inter-*

Interpræt. 14. Septembris 2 - 1593. Nec refert, quod isti sint pauci vicini, seu Parochiani, à quibus prætereditur *Iuspatronatus*, quia Rota idem facit de illis iudicium, quod, & alias de parua universitate forte cœcha coram R. P. D. Pampilio in dicta causa nullius Archipresbyteratus. Non obstat, quod concilium non tollat modum probandi *Iuspatronatus* de iure, per illa verba, aliasuè secundum iuris dispositio-

nem, ut in causa Tiraſonen. iuris præsentandi coram R. Penia. 5. Maij 1593. quia loquitur in alijs casib; in quibus non intrat præsumptio usurpationis, & in quibus Sacrum Concilium nihil innouauit, ut fuit dictum ab Illustriſſ. Card. Lancelloro 13. Junij 1572. in causa Tudent. Iurispatr. que est inter impressas 331. par. 2.

SVMMARIVM.

- I S.C.T. approbat *Iuspatronatus*, qui probari potest secundum regulas iuris communis.

Iuspatronatus probatur per famam concorrente longissima quasi possessione præsentandi.

ARGUMENTVM.

Licet Concilium Tridentinum preseruet *Iuspatronatus* cōpetens ex fundatione, vel dotatione; non refutat, illud quod alias poterat probari per ius commune.

RESOLVTHO: LXXXIII.

HAec firmo regulam, & purè superiori loco, quod licet Concilium Frid. d. cap. 9. preseruet *Iuspatronatus* cōpetens ex fundatione, vel dotatione: nō refutat illud, quod alias potest probari secundum regulas iuris communis, ut patet ex illis verbis Concilij (aliasuè secundum iuris dispositionem) quod sœpè Rota cœluit, & tradūt, Gab. conf. 192. & 198. lib. 3. & eons. 336. à nu. 1. Menoch. lib. 3. præsupt. 90. à nu. 9. & facit decif. 331. & dec. 798. par. 1.

par. i. sub num. 4. vbi habetur, quod in his, in quibus non præsumitur usurpatio nō mutatur per concilium, sed relinquitur in dispositione iuris communis, & tradit Goncal. ad reg. 8. Cancell. glof. 18. à num. 54.

Vnde non solum Iuspatronatus probatur ex immemoriali, Hier. Gabr. ibi, Velascus cōsultatione 163. 2. part. quæ probat legitimum titulum ex fundatione, vel dotatione, Abb. in c. quærelam de elect. nu. 9. Fel. in cap. causam num. 6. de præscrip. Mohed. decis. 3. de Iurepatron. alias 254. Rota decis. 214. & 220. l. 2. & 243. & 254. l. 3. par. 3. diuers. & in Pamphilonen. Beneficij de ann. 1557. sup. relata 5. par. cap. 1. um. 551. Genuen. in praxi cap. 61. num. 16. Goncal. sup. num. 44. & concilium ibi, siue ex multiplicatis presentatiobus, &c.

2. Sed etiam Iuspatronatus antiquum, probatur per famam, concurrente legi gissima quasi possessione præse-

randi, secundum iur. s. dispositionem, Achil. decis. 4. num. 10. & 6. de Iurepat. Put. decis. 60. & 140. in fin. lib. 1. Rota decis. 48 t. lib. 3. par. 3. diuers. & in Imolen. Iurispatron. 28. Maij 1584. quæ est 1. par. diuersor. decis. 792. & in Aretina Capellæ, seu Iurispatronat. de de qua cap... nu. 62. Mafcard. de probat. concl. 959. annum 19. Gonsalez. sup. num. 56. Quamuis etiam solam famam sine possessione probare Iuspatronatus, in antiquis velit Menoch. d. conf. 336. num. 14. & 15. lib. 4. & d. præsumpt. 90. num. 11. contra quem etiam est decis. Rotæ in Bracaren. Parochiales 1. Iulij 1592. vt non censetur reuocatum per concilium, vt fuit resolutum in causa Tirasonen. præsentādi 5. Maij 1593. coram D. Penna, & postea 24. Ian. 1594. coram D. Litt.

S V M M A R I V M .

Patronus qui est in quasi possessione præsentandi recte

- recte praesentat.
- 2 *Quasi possessio praesentandi olim acquirebatur vnico actu.*
 - 3 *Praesentatus ab eo qui est in quasi possessione praesentandi præfertur alijs.*
 - 4 *Quasi possessio non suffragatur, quando dubitatur, de existentia tituli iurispatronatus.*
 - 5 *Refertur decisio Illustriss. Domini Auditoris Couin.*

ARGUMENTVM.

An hodie poss Cœciliū sit sublata quasi possessio praesentandi quo ad probationem Iurispatronatus.

RESOLVTIO LXXXIV.

- 1 **R**egulariter existentes in quasi possessione praesentandi recte praesentant iuxta tradita communiter in cap. cōsultationibus de Iurepatronatus Rota in decis. 7. de Iurepatronatus in nouis Mantica in decis. 360. num. 6. Verall. in decis. 69. part. pr. & Seraphin.

ut alios omicam in decis. 138. quę quasi possessio acquirebatur vnico actu, idest ex vnicā præsentatione suum effectum sortita, Calder. in consil. 12. de Iurepatronatus Oldrad. conf. 312. Feder. de senis in consil. 134. Puteus in decis. 191. lib. 1. Mantica in decis. 150. Verall. in decis. 337. cum tribus decisionibus sequen. par. 1. & latissimè Gratian. lib. 3. disceptationum forenium cap. 577. & licet 3 sola quasi possessio attendatur in Iurepatr. & praesentatus ab existente in quasi possessione praesentandi præfertur alijs c. quę relam de ele&t. cap. cōsultationibus de Iurepatr. & fuit dictum in Firmana Iurispat. 17. Iunij 1584. coram Card. Pamphilio, & in Pisana Capellaniæ 1597. coram Illustrissimo Domino meo Cardinal. Millino, quod non procedit, quando ante institutionem constat de proprietate alterius Rota decis. 269. nū. 4. & 5. par. 2. diuers. & in Aquina- tū.

ten. benef. 26. Ianuar. 1601.
 Seraph. in Senen. Iurispatr.
 9. Ianuar. 1598. coram Pe-
 ria, & quando certum est
 possessori in petitorio de-
 fentionem non competere,
 ut fuit dictum in Lunen.
 Sarzan. Capellaniæ prim.
 Martij 1602. coram Card.
 Sacrato, & si simul concur-
 rant requisita à Calderino
 in cons. 12. de Iurepatron.
 Canonizata à Rota in dict.
 Aeuinaten. beneficij, & in
 d. Firmana Iurispatron. &
 solum dubitatur ad quem
 pertineat: secus quādo du-
 bitatur de Iurispatronatus
 existentia, quia tunc sola
 quasi possessio non suffra-
 gatur, nisi prius verificato
 Iurepatr. cum causæ cogni-
 tione ad formam Concil.
 Trident. vt in d. Firmana
 Iurispatr. & in comen. Iuris-
 patron. 8. Junij 1601. coram
 Card. Seraph. & iuxta hanc
 sententiā cēpisse fuit in
 Rota decisum præsertim
 in vnâ Firmana Iurispatro-
 natus 30. Martij 1609. co-
 ram Illustriss. & Dignissi-
 mo D. meo Coccino cuius

tenor est. *Fuit resolutam*
Antoniae Bonacursiae, &
Priori Sancte Victoriæ, dæ-
dum esse mandatum de ma-
nutenendo, quoad quasi pos-
sitionem repræsentandi, & in-
stituendi respectiue. Nam
licet dispositio Concilij Tri-
dentini sess. cap. 9. de refor-
mat. habeat locum tam in
petitorio, quam in possesso-
rio. Vnde sola quasi posses-
so non suffragatur, ut cen-
suit Congregatio Illustrissi-
morum Interpretatum, & di-
xit Rota in causa Romana
Parochialis 31. Ianu. 1600.
coram Reuerendiss. Paen.
tamen in isto quasi possesso
D. Antoniae præsentandi, &
Prioris instituendi, debet suf-
fragari, quia constat de Iu-
repatronatus ex dotatione,
& fundatione, qui est mo-
odus probandi Iuspatronatus
Et adiunt præstationes ef-
fectū sortit & ultra annos..
Quæ cœnaria possessio pro-
bat Iuspatronatus. Et cen-
suit Congregatio 3. Concilij,
& pluries dixit Rota. Et
propterea cum constet de
Iurepatronatus D. Antonia
qua

*qua est in quasi possessione
præsentandi, & prioris in
quasi possessione instituendi,
debet dari manutensio, S. ho-
die, instit. de interdict. cap.
cum Ecclesia Sutrina, vbi
not. de caus. poss. & propriet.
Et iuxta eandem sententiā
iterum voluit eadem Rota
in vnā Tertonen. Iurispa-
tronatus 6. Aprilis 1609.
corā eodē cuius tenor est.*

- I. *Rota dixit, quod licet præ-
sentatus ab eo, qui est in qua-
si possessione præsentandi, de-
beat institui, iuxta tex. in-
cap. consultationibus, de Iu-
repatron. tamen hæc conclu-
sio est vera, quando constat
de Iurepatronatus, quia di-
spositio Cœcilijs sess. 25. cap. 9.
de reform. habet locum tam
in possessorio, quam in pe-
titorio, ut censuit Congrega-
tio. Illustrissimorum Inter-
pretū, & pluries dixit Rota.*

SV M MARIV M.

- I. *Quasi possessio ad hoc, ut
queratur, quæ requirun-
tur.*
2. *Quasi possessio in pertinen-*

*tia Iurispatronatus, ut
suffragetur plura requi-
runtur.*

ARGUMENTVM.

*Supposito quid, ut quasi posse-
sio præsentandi suffragetur
post Concilium requiratur,
ut constet de existentia Iu-
rispatronatus queritur his
quæ requirantur, ut queran-
tur dicta quasi possessio.*

RESOLVTIO LXXXV.

- I. *R*espondetur quod de-
bent concurrere simul hæc necessaria requisi-
ta. Primò requiritur rea-
lis, & vera præsentatio, ele-
gio, seu collatio, glos. in-
cap. cum Ecclesia Sutrina
in verbo vocem, vbi Rip.
num. 92. & Geminian. de
caus. possess. Rebuff. in con-
cord. in rubric. de annatis
verbo possessionē, Cassad.
decis. 7. nu. 2. de caus. pos-
sess. & propriet. Secundò
requiritur scientia, & pa-
tientia eorum, quibus præ-
judicatur, l. 2. vbi omnes
Z Doct.

Doc. C. de seruit. & aqua.
Calderin. cons. 12. in fine
Couar. latè in reg. posses-
 sor. par. 2. in princip. nu. 8.
 Balbus de præscriptionibus
 parte 2. partis quartæ, q. 8.
 & par. 2. quintæ partis q. 2.
 Et ad acquirēdā quasi pos-
 sessionem contra plures, re-
 quiritur omnium scientia,
 & patientia, & vnius con-
 tradictio impedit d. quasi
 possessionem, Io. Andr. in
 addit. ad Specul. tit. de his,
 quæ sūt à maiore par. cap.
 in rub. sub litera B. Tertiò
 requiritur quod præsentans
 eligens, seu prouidens cte-
 dant vti iure suo, & iure
 proprio faciant glos. in d.
 cap. cum Ecclesia Sutrina
 in verbo vocem, Calderin.
 in consil. vlt. de causa poss.
 & propriet. Menoch. de re-
 tin. possess. remedio 5. num.
 i 8. Rot. decis. 109. nu. 12.
 & 13. par. 1. diuersor. Quar-
 tò requiritur bonafides, vt
 in reg. possess. & ibi Couar.
 par. 256. num. 1. de reg. iur.
 lib. 6. cap. fin. de præscript.
 Menoch. d. rem. 5. num. 20.
 & rem. 6. nu. 132. Quintò
 requiritur, quod post præ-
 sentationem, seu electionē
 sequatur confirmatio, seu
 institutio, Calderin. cons.
 6. de caus. poss. & propriet.
sump. glos. in uerb. probe-
tur in l.super longi,C.de
præscript.long.temp. & ibi
Bald.

Bald. col. 3. vers. illud autē super hoc Ang. ibi. col. 3. vers. ilud autē, benē glos. in cap. fin. in vers. noua fide, & in cap. si diligentii, in versic. bona fides, de præscript. & ita tenet Calcan. conf. 99. col. 5. in fin. Innoc. in cap. nihil colum. 2. vers. nam creditoribus hæreditarijs, de elect. Alex. consil. 200. col. 2. vers. præterea, in dubio vol. 2. Innoc. in d. cap. si diligentii, circa princ. vers. bona fides, & in cap. vigilanti, in princ. versic. & dicitur, eo. tit. de Butrio in cap. si diligentii, col. 2. vers. quæro quo modo ppetur, de præscr. Bart. in l. quemadmodum col. 1. in fi. vers. nota ex hoc vers. C. de agr. & censi. lib. 11. Arch. in cap. 1. in vers. bonafides, de præscript. in 6. Balb. conf. 14. col. 10. vers. adhoc potest responderi vol. 1. & ita est commun. opin. vt per Clau. in l. celsus col. 7. vers. item subiicit Bartol. & per Bald. in d. l. celsus num. 77. ff. de vsucap. qui dicit communem opin. Alex. consil.

75. col. penult. vol. 4. Corn. conf. 136. col. 1. in princip. vers. sufficit enim, volum. 2. Dec. in l. non hoc num. 5. C. vnde legit. & ibi Ias. col. fin. vers. facit, quod licet, Abb. in cap. grauis, col. 3. vers. si vero non constat, de restit. spol. Rot. in nou. decis. 24. Alc. de præsumpt. in 3. reg. in 5. præsump. vbi dicit communem opinionē, & idem dicit, Curt. iun. in conf. 28. col. 2.

SV M M A R I V M .

*Ius patronatus certæ perso-
næ præsumitur esse certæ
personæ, secus alicuius
uniuersitatis.*

*Priuilegium uti quid fa-
cti non præsumitur.*

*Prælati cōfessio in iure pat.
non præiudicat Ecclesiæ.*

ARGUMENTVM.

*Vsurpatio Iurispatronatus in
quib⁹ generice præsumatur.*

RESOLVTIO LXXXVII.

R Espondeo cum decis.
Rotæ apud Crescet.

Dd in.

in decis. prima de Iurepatronatus, quod Iuspatronatus certe personę præsumitur esse ex fundatione, sed si alicuius familie, seu universitatis præsumitur ex usurpatione caius decis. tenor est.

Pars in suis literis confidetur beneficium esse Iurispatronatus laicorum cuiusdam familie, sue domus, & Pontifex derogauerat ei, quatenus ex donatione, vel fundatione pro parte dans in torum. Duebitabatur quomodo in dubio præsumetur, & sic ad Rot. per Abb. cap. 76. vol. 2. & inc. quarelam de elect. videatur præsumi ex fundatione, ex quo, ut ipse dicit, Ecclesia non nascitur, tamen quia ista ratio est nimis generalis, quia per hec omnia beneficia præsumeretur esse Iurispatronatus; ideo Domini antiqui dixerunt, prout in collectis ius attestatur Dom. Pisaurum. q' hoc procedebat, quando allegabatur Iuspatronatus esse particularis personae,

ex quo tunc, quia beneficia non nascuntur, & quia delictum, idest usurpatio non præsumitur, ad l. merito, ff. pro soc. & quia priuilegiū est facti, quod etiam non præsumitur: quod præsumatur ex fundatione. Si autem diceretur esse alicuius familie, vel universitatis, tunc quia non ita de facili plures conueniunt ad edificandum, aut construendum Ecclesiam; præsumitur ex usurpatione: quia regulariter Ecclesiae solē fieri ex elemosinis plurimum, & sic non animo reseruandi sibi Iuspatronatus concudentiores tamen rationes non vidi, ideo, &c. Et iterum Rota in una Fundana Iurispatronatus 13. Iunij, 1592. coram Augustino per infra scripta verba loquuta fuit.

Iuspatronatus in magnis dominis præsumitur magis ex dotazione, & fundatione acquisitum, vt pluries fuit decisum per doctrin. Ant. de Butr. in cap. cum dilectus, vers. quero secundo,

de

de offic. delegat. Ioi. Paul. Ptolomeus dec. 8. Roch. de Curt. in tract. Iur. patr. sup verb. ipse velis; propè finē, vers. pro hac etiam opinione, & quia testes illustris Isabellæ Columnæ depo- nunt de auditu, qui regulat- riter non probant, cap. licet de quadam, de testibus, & l. 2. §. item labeo, ff. de aq. plu. arc. Dec. consil. 321. num. 8. Paris. consil. 7. num. 20. lib. 4. maximè quando non sumus in antiquis, nec benè probant, quia non cō- cludunt de tempore ante motam litem, Roman. sing. 746. Præterea cōfessio Episcopi, quod beneficium sit de Iurepatronatus nō præ- iudicat Ecclesiæ, & succel- sor, Bald. consil. 5. de cōfess. Ripa lib. 2. responcionum cap. 28. num. 5. & ratio est, quia factum prælati in ac- quisitis nō præiudicat Ec- clesiæ clem. 1. de reb. eccles. non alien. Accedat etiam quia Dom. Comitissa Fun- di, quę prætendit Iuspatro- natus, si vult uti præscri- ptione, debet vel titulum.

ostendere, aut debet proba- re tempus immemorabile, quia habet præsumptionē iuris contra se, cap. si dili- genti, de præscript. cap. 1. eodem tit. in 6. Abb. consil. 106. colum. 3. vers. 1. quia cum vol. 2. & ita fuit ten- tum die 13. Junij 1552. co- ram D. Augustino in vna Fundana Iurispatronatus.

SVMMARIVM.

- 2 S. C. T. nihil innovauit in familiā non potenti, sc̄e- cuius potenti num. 2.
- 3 Vsurpatio præsumitur in domino habente iurisdi- ctionem temporalem.
- 4 Vsurpatio præsumitur in personis, & familijs po- tentibus.
- 5 Familia, & persona po- tentes que.
- 6 Iuspatronatus Parochia- norum, an cēscatur usur- patum.

ARGVMENTVM.

Que familie, seu persona di- cantur potentes, ut in eis

Dd 2 præsu-

presumatur usurpatio, ad effectum probandi Iuspatron.

RESOLVTIO LXXXIX.

I **R**espondeo, q quando versamur in familia nō potenti, quo casu Concil. Trident. sess. 25. cap. 9. de reform. vltra dispositionem iuris cōmunis, nihil innovauit, Gabr. conf. 192. n. 7. lib. 3. & Menoch. præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. nu. 9. & seq. Achil. dec. 4. nu. 10. de Iurepatr. Rot. decis. 331. num. 1. part. 2. & alias pluries fuit in eadem Rota firmatum, licet secus esset, si versaremur in persona potenti, vel alias tali, in qua cadat præsumptio usurpatio, quo casu iuxta formam dicti Concilij, si verus titulus fundationis, vel dotationis non ostenditur; requiritur immemorabilis, & præsentationes effectum sortit spatio 50. annorum, quæ probentur per authenticas scripturas, vt sœpè resoluti Sacra Congregatio, & Rota ipsa signanter in Sabinen. beneficij 15. De-

cem. 1581. coram foel. rec. Clem. viij. vt in decis. 199. num. 1. par. 2. & licet indubitatum sit quando agitur de Domino Castris, vel alio habente iurisdictionem temporalem in loco beneficij, agi de persona, in qua cadit præsumptio usurpatio, Put. dec. 55. & ibi additio. & add. ad decis. 56. & seq. lib. 1. in nou. Chissan. decis. 67. Caputaq. decis. 128. de Iurepatr. Mohed. decis. 10. num. 2. eod. tit. Cott. decis. 356. & fuit sœpissimè resolutum.

4 Et quod in familijs, seu personis potentibus præsumatur usurpatio; non dubitatur, & euidenter probatur, per Afflict. decis. 104. lib. 2. Rota secunda 1273. parte 3. Achill. decis. 4. 10. de Iurepatronatus Crescet. decis. 1. eod. tit. Chissan. decis. 67. Io. Paul. decis. 8. alias decis. 842. lib. 3. Mohedan. decisione secunda de Iurepatronatus, Puteus. decis. 25. exemplum ponitur in Imperatore, Put. decis. 39. & 60. lib. 1. idem in Infante

Infante Portugalliae, Put. decis. 57. lit. I. idem in Rege Aragonum Mohedan. dec. idem in quolibet Domino Vrsini Illustrissimi dec. 86. Coccin. decis. 10. nu. 6. Pe- regr. decis. 5. lib. 2. & fuit resolutum in causa Neapolitana Capellaniæ 29. Ianuarij 1571. coram Card. Lancellotto seniore, & de familia Illustrissimorum Dominorum de Columnis, Ca- quataqu. in decis. 128. lib. 1. & fuit latè discursum, & resolutum in vna Sabien. be- neficiorum 15. Decembris 1582. coram Altobrandino, vt patet in decis. 199. lib. 2. diuersorum, in qua decisio- ne declaratur Concilium Tridétinum sess. 25. can. 9. de reformatione, ad quod vide Menoch. de præsump. lib. 3. præsup. 90. & de fami- lia de Sabellis fuit resolutū in vna iunioris Iurispatro- natus 6. Nouēb. 1598. co- rā Litta, & de familia Do- minorum de Caracciolis, fuit pariter in Rota resolu- tum in causa Sabinen. Be- neficij 15. Ianuar. 1571. co-

ram Card. Lancellotto se- niore, vbi familia de Carac- ciolis, & in causa Sabinen. Beneficij 25. Nouembris 1582. coram fœl. record. Clem. viii. vt in decis. 199. num. 1. par. 2. vbi de fami- lia Vrsina Seraphin. decis. 952. num. 6. vbi de nobili- bus Venetis in Statu Ve- netarum, & in Sabien. Iu- rispatronatus 26. Octobris 1594. coram Penia, vbi de familia de Sabellis. Et idē dicendum in Iurepatrona- tus Parochianorum, vt latè per Puteum in decis. 58. & per Parisium de confiden- tijs quæst. 28. ac tandem etiam si nō sumus in fami- lijs præsumitur usurpatio in vniuersitatibus, vt pluries censuit Rota, & signanter in vna Paduana Iurispatro- natus vltimo Martij 1591. coram Seraphino, & in alia Melfen. 1598. coram Ill. Man- tica, Card. Puteus in decis. 57. 58. 59. & in decis. 2020. Mohed. in decis. 10. de Iu- repatronatus, & Achil. de Graff. in decis. 4. eod. tit. & nonnulla ad hanc mate- riam

riam valde utilia, & prae-
xim conductabilia videnda
sunt apud decisiones Rotæ
quarū notabiliores, & ma-
gis practicabiliores sunt.
Apud Illustrissimum, & do-
ctissimum Dominum meū
Cœurum virum meo qui-
dem iudicio eminentissi-
mum, ac prudentissimum
omni æuo celeberrimum,
atque prædicandum, quem
Deus maximus illum in-
columem in eminenti di-
gnitate seruet.

SUMMARYM.

- 1 *Potestas Principis duplex.*
- 2 *Potentia probatur ex mul-
tis.*

ARGUMENTVM.

*Qua concurrere debeant, ut
aliqua familia dicatur
potens ad effectum pro-
badi eius Iuspatronatus.*

RESOLVTO C.

- 3 *Principis potestatem
duplice esse apud Do-*

*cōores reperio, quædam
enim est ordinaria, altera
absoluta dicitur, de quib[us]
latè tractat Doctor. c. quæ
in Ecclesiastum, de constit.
vbi Felyn. Bero. & Dec.
num. 24. Crauet. de antiqu.
temp. par. 1. Quamuis Co-
uar. (verè quidē, & doctē)
neget omnino hanc distinc-
tionem, dicens nullam in
Principe absolutam pote-
statem reperi, & si ea quis
vtatur, tirannis magis dici-
tur, quam potestas princi-
palis, vt apud eū lib. variar.
resol. 3. cap. 6. num. 8. quod
& Vasq. placuit libr. 1. Il-
lustr. controuers. capit. 26.
num. 22. & hæc absoluta
potestas, communi loquen-
di vſu, plenitudo potestatis
appellatur, quam ego cum
Baldus, Crauet. Friderico
Schench. & Vasqu. sine
iusta causa usurpatam, ple-
nitudinem tempestatis ma-
gis dicerem. Nam re vera
nō possumus nīsi, quod iu-
stè, & licitè possumus, l. ne-
pos proculo, ff. de verb. si-
gnif. & pulchrè notat Molina
de primogenit. libr. 2.*

cap. 7.

cap.7.num.31.32.& 33.ad
hanc vero absolutam pote-
statē induci potest id, quod
habetur reg. I. cap. 8. in
vers. erit autem ius regis.
Si enim Princeps mihi au-
fert rem meam magno cū
meo incommodo, & precio
non soluto, hæc dici potest
potestas absoluta, & hoc
modo intelligi potest, I. lu-
cijus, ff. de euiction. & hac
authoritate, seu potestate
absoluta, uti potest de facto.
sine causa, quia nemo po-
test illi dicere cur ita facis
Bald. in prælud. feud. num.
34. & est de mente, Afflict.
in prælud. Constitut. Regni
quæst. 17. num. 8. vbi citat.
illud, cap. 8. lib. 1. Reg. &
hæc propriè non potest di-
ci potestas, sed tirannis, vt
idem Didac. ait. Si autem
iusta subsit causa, tunc erit
quidem potestas absoluta,
sed à iure regulara. Quādo-
autē tali potestate, uti pos-
set, docet Ioannes de Lir.
in glof. dicti cap. 8. in vers.
erit autem ius Regis. Et in
terminis huius potestatis,
quando causa publicè utili-

tatis subest, fortè loquitur,
test. in d. l. lucius. Nam non
debet Princeps priuatam
utilitatem publicè præfer-
re, vt docet Arist. in Ethic.

Quare si hæc dicuntur in
Principe, qui vtitur pote-
state absoluta, ita ut dicatur
exercere tirannidē: quanto
fortius in priuato, in quo
non potentia, sed iniqüitas
dicitur. Vnde potentia ad
effectum Concilij probatur
ex diuitijs, amicis, nume-
rostrate personarum, & fa-
miliarium, & populari exi-
stimatione, Doctor. in l. 1.
ne liceat potentiori, & cap.
fin. vbi Cardin. num. 3. & 5.
de alienat. iudic. mut. ca-
fact. attamen in hac facti
specie in indicanda poten-
tia placuit opinio Bald. cōs.
151. sub num. 1. vers. nam
illam lex, lib. 1. vbi afferit
hoc relinqu iudicantis re-
ligioni.

S Y M M A R I V M .

*Vsurpatio etiam præsumt-
tur in Iurispatronatibus
uniuersitatis parua n. 6.*

2 Vni-

2. *Vniuersitates parua tenetur probare Iuspatronatus iuxta metem S.C.T.*
3. *Vniueritas semper dicitur dicitur, siue sit magna siue parua.*
4. *Vniueritas cuiuscumque qualitatis sit gaudet priuilegio restitutionis.*
5. *Vsurpatione non presumitur nisi constet de dolosa occupatione.*

ARGUMENTVM.

An in Iurepatronatus Vniuersitatis paruae presumatur usurpatio ad effectum, ut in eius probatione sit necessaria forma Concilij.

RESOLVATIO CI.

Respondet similiter in vniuersitatibus etiam paruis, plenior, & exactior probatio Iurispatronatus requiritur, iuxta decreta Concilij d. vers. in his vero, quia illa dictio, plerumque, non stat restricta, ita fuit resolutum in causa Foro Sempronien. Pa-

rochiali 4. Febr. 1594. coram D. Mantica, in qua fuit dictum S. Congregationem Concilij resoluisse, illud habere locum in vniuersitate Parochianorum, & in vna Illerden. Beneficij coram D. Penia 11. Martij 1596. fuit resolutum Concilium Tridentinum in probando Iurepatronatus habere locum in quacumque vniuersitate, quantumvis minima; quia esse in ea usurpatione presumitur, Genuen. in prax. Cur. Archiep. cap. 16. num. 6. & fuit dictum in vna Bononien. Iurispatronatus Barignana 20. Martij 1585. coram Gyptio, & in nullius Archipresbyteratus 2. Maij 1588. coram Illusterrimo Cardinali Pamphilio, Garzia de benef. par. 5. cap. 9. num. 102. ea ratione, quia vniuersitas semper dicitur, siue sit magna, siue parua, ita ut illas habere iuris beneficia, etiamsi sint triginta foculariorum annuit, Afflct. in prælud. constitut. Regni, quæst. 5. nu. 4. & ideo potiri priuilegio restitutio-

sitionis in integrum , si-
uè primi, & secundi benefi-
cij, percipitur à Bart. in l.
Respublica,C. quib. ex cau-
maior. Nouarius concl. 2.
num. 2. de Iur. patronatus,
& in praxi elect. fori q.
num. se&t. 2. in nouissi-
mis . licet secundum Sera-
fin. decis. 468. usuratio Iu-
rispatronatus nō præsuma-
tur , nisi de dolosa occupa-
tione costet, propter dictio-
nem (plerumque) & fuit
iterum, per Rotā in vna Fo-
rotemporien. Parochialis
4. Junij 1599. coram Man.
tic. cuius tenor est .

Altero tantum informan-
te conclusum fuit , non
costare de Iurepatronatus
ex fundatione, vel dotatio-
ne . Quia cum illud dicantur
pertinere ad Vniuersi-
tatem. In primis debet pro-
bari immemorabilis , alio-
quin prælumitur usuratio,
Mohed. decis. 3. de Iurepatr.
Crescen. decis. 1. eod. tit. &
eo amplius per authenti-
cas scripturas debet etiam
probari præsentationes co-
tinuatæ, quæ suum fuerint

fortitæ effectum , per spa-
tium 50. annorum , vt san-
ctum est ex decreto Sacri
Concilij Trident. sess. 25.
cap. 9. de refor. quod locum
habet nō solum in magna ,
sed etiam parua Vniuersi-
tate, vt fuit decisum coram
R. P. D. Giptio in Bonon.
Iurispatronatus die 20. Mar-
tij 1589.

In proposito autem ne-
que probatur immemora-
bilis, neque exhibetur pre-
sentationes cōtinuatæ, que
fuerint fortitæ effectū spa-
tio 50. annorum : imò non
constat de aliqua præsentä-
tione ante ann. 1541. sed
aliquæ nominationes sunt
exhibitæ , quæ non sunt fa-
cta coram superiori , néq;
apparet de institutione fa-
cta vigore dictarum nomi-
nationum , neque de amis-
sione, cōfirmatione; & ideo
nullo modo potest dici cō-
stare de Iurepatronatus ,
Cald. cons. 12. de Iurepatr.
& iterū, Rota in vna Bono-
Jurispatron. coram Giptio
cuius tenor est .

Domini pro maiori par-
E e 12

te tenuerunt, Nos versari
in casu præsumptæ usurpa-
tionis. ratio fuit, quoniam
est quod Villa, in qua sita
est Ecclesia Parochialis, de
qua agitur, sit 50. solum
rurorum, & sic parua; non
propterea cessat præsumptio
usurpationis considerata,
per Conc. Trident. sess. 20.
cap. 9 & cum generaliter
de Vniuersitate loquatur,
nec aliter distinguat, inter
Vniuersitates magnas, &
paruas, nec Nos distingue-
re debemus, vulg. l. de pre-
vio, ff. de pub. in rem act.

Præsertim, quia rationes
propter quas Ecclesia præ-
sumitur libera, & non de
Iurepatronatus, ad not. in
cap. quærelam, de elect. mi-
litant etiam in quacumque
Vniuersitate: nam potest
esse quod ex oblationibus
fidelium, & hominum dictæ
Ville, Ecclesia prædicta fue-
rit constructa; non tamen
animo acquirēdi Iuspatro-
natus, vt declarant, Lamb.
& Rocch. citat in decision.
Achil. 4. de Iurepatronat.
Put. 57. & 205. libr. 1. Cre-

scent. 13. Verall. 128. par-
te 2.

6 Et quod in parua Vniuer-
sitate præsumatur Iuspatro-
natus ex usurpatione, fuit
resolutum de anno præte-
rito 2. Maij coram Reu. P.
D. Pamphilio, in vna nul-
lius Archipresbyteratus, &
haec etiam opinionem se-
quuntur Cardinales Con-
cilij Trid.

Non obstat immemorabilis, quæ non benè proba-
tur, & quatenus probaretur
non potest suffragari, nisi
etiam ostenderentur præsen-
tationes cōtinuatae per 50.
annos, iuxtam formā dicti.
Conc. & quod Patochiani
de tempore præsenti essent
in quasi possessione præsen-
tandi, vt per Pnt. decision.
140. l. 1.

Decisio in causa Toleta-
na Iurispræsentandi non
applicatur, quia in Italia
propter recessum Curiæ o-
mnes Populi Iuspræsentādi
usurparunt, Spec. de Iur. pa-
tron. col. 3. vers. & nota,
Put. vbi sup. cum alijs alle-
gatis, in Hispania autem,
maxime

maxime in Ciuitate Tole-
tana se peruerunt Archie-
piscopi potentes, qui passi
non fuissent huiusmodi v-
surpationes,

SV M M A R I V M .

- 1 S. C. T. generaliter loqui-
tur, & generaliter intel-
ligendum est.
- 2 Lege non distinguente, nec
distingatio fieri debet.
- 3 Vsurpatio non presumitur
si pars Vniuersitatis præ-
sendareret Iuspatronatus,

A R G U M E N T U M .

An si non tota Vniuersitas, ve-
rum illius pars prætenderet
Iuspatronatus, presumatur
vsurpatio.

R E S O L V T I O C I I .

QVæritur an si non to-
ta vniuersitas, verū
illius aliquis præ-
sendareret Iuspatronatus, sit
adhibenda forma Concilij
in illius probatione, & pro-
inde presumatur vsurpatio.

Et videbatur pariter dicen-
dum eandem probandi for-
mam requiri; si quidem Sa-
crum Concilium generaliter
loquitur, & generaliter
intelligi debet, i. generaliter,
ff. de legatis præstand.
Bald. conf. 29. nu. 3. & sequ.
vol. 1. Alexan. in conf. 16.
vol. 1. & in conf. 99. nu. 3.
& Dec. in conf. 171. vol. 1.
& cum nō distinguunt, nec
nos distinguere debemus,
i. de pretio, ff. de publicianz
in rem actione, cum alijs
notatis per Gabriel. concl.
3. de regulis iuris. facit ad
comprobationem, idem iu-
dicium esse de toto quo ad
totum, quod de parte quo
ad partem, i. quæ de tota
ff. de re vindicatione, i. a se
tota, ff. de hereditibus insti-
tuend. cum innumeris, per
Euerard. in sua Topica le-
gali loco 57. Nec videtur
dispar ratio in tota vniuer-
sitate, quæ in parte; & pro-
inde idem ius statuendum,
i. adicere, s. quamuis, ff. de
Iurepatr. i. edicto, cum vul-
garibus, ff. de paqtis, & vbi
adest rationis identitas, se-

E e 2 quitur

- quitur consequenter iuris identitas, i. illud, ff. ad legem aquiliam. quo argu-
mēto in ſimili vtitur, Surd. in decis. 97. num. 6. & in
decis. 69. Balb. in decis. 17. Monald. in consil. 71. vbi plura.
- 3 Contrariam tamen ſententiā veriorem, receptio-
rem, ac in praxi receptiſſi-
mam teſtatur, Paris. in cōſ.
27. num. 31. & Barbos. de
potestate Epifcopi cap. 62. Garzia de beneficijs lib. 9.
cap. 5. num. 1012. vbi licet
in vniuerſitate quāuis par-
ua, ſit obſeruāda diſpoſitio
Sacri Concilij: non tamē
quādo certa pars illius præ-
tēderet iuſpatronatus, quia
tunc non præſumitur uſur-
patione, & conſequenter non
erit adhibēda forma Con-
cilij in eius probatione, vt
censuit Sacra Congrega-
tio, teſte Nouario in ſuo
Iure Pontificio nouo con-
cluſ. 2. num. 2. in fine de-
Iur. patronat. pagin. 212.
- S V M M A R I V M :
- 1 *Vſurpatio præſumitur in Baronibus Regni Neapolis, iuxta declarationem Sac. Congregationis n.7.*
2 *Refertur decis. Mantica.*
- 3 *Vſurpatio præſumitur cum dominus in loco habet iuſdictionem temporalē.*
4 *Probatio iuxta mentem Concilij requiritur pro forma.*
5 *Domini temporales, ut Dominicelli, Comites, Marchiones, & Duces, ac Principes recognoscentes ſuperiorem dicuntur per ſona potentes.*
6 *Familia potentes que.*

A R G U M E N T U M .

An in Baronibus Regni Neapolis præſumatur uſurpatio, ita ut in eorum patronatum probatione exigatur forma tradita à Concilio.

R E S O L V T I O C I I I .

R Espondetur affirma-
tiue, vt fuit per Ro-
tam.

tam decisū in vna Aquina-
ten. Iurispatronat. 19. Ja-
nuarij 1590. coram Manti-
ca, cuius tenor est.

- 2 Dubitaui, an constet de
Iurepatronatus Excellētiss.
D. Ducis Soræ, & altero
tantum informante, respō-
sum fuit, non constare.
- 3 Nam cum ipse Dux, in
loco beneficij temporalem,
& perpetuam habeat iuris-
dictionē, præsumitur usur-
patio. Put. decif. 57. & 205.
lib. 1. Chiffan. decif. 67. &
Domini dicebant, ita etiam
fuisse decisum in Cōgrega-
tione Illustrissimorum DD.
Cardinalium Concilij Tri-
dent. Interprætum.

Proinde ad probandum
hoc Iurispatronatus ex fun-
datione, & dotatione, sicuti
oportet; necessarium est tē-
pus immemorabile cum
præsentationibus cōtinua-
tis, quæ sortitæ fuerint ef-
fectum per spatium 50. ann.
quæ etiam per scripturas
authēticas probari debent,
vt sanctum est in Sacro
Conc. Trid. cap. 9. sess. 25.
de reform.

Et hæc quidem probatio
pro forma requiritur, &
ideo illud genus probatio-
nis veluti per testes non
potest sufficere, vt per Illu-
strissimos Cardinales Sacri
Concilij Interprætes dictū
fuit, & in Rot. decisum est,
ann. 1582. in causa Sabinen.
beneficij, coram Illustriss.
D. Cardin. Aldobrandino,
tunc Sacri Palatij Aposto-
lici Auditore, & in alia nul-
lius Archipresbyteratus 2.
Maij, 1588. coram Reu. P.
D. Pamphilio.

Verum enim vero, hæc
species probationis in casu
proposito non modo non
extat, sed neq; etiam pro-
batio immemorabilis, quæ
circumscripto etiam Con-
cilio Tridentino de iure re-
quiritur, quando præsum-
ptio est usurpationis, Achi.
decif. 5. de Iurepatr. Put.d.
decif. 205. lib. 1. Caputaq.
dec. 128. Chiffan. d. dec. 67.

Porro in casu proposito,
quædam apparent institu-
tiones, quæ nec sunt tem-
pore immemorabiles, neq;
cōtinuatæ, sed interpellatæ.

Nam

Nam in beneficio Sancti Constantini extant institutiones solum ab ann. 1553.

In beneficio S. Saluatoris incipiunt ab ann. 1529. quæ sunt interruptæ, quia anno 1552. facta est quædam institutio ad fauorem Cæsaris per resignationem Bernardini, de cuius præse ratione, aut institutione non constat.

In beneficio S. Bartholomæi extat quædam institutio ann. 1529. quæ etiam est interrupta, quia fuit facta ad fauorem Cæsaris per resignationem eiusdem Bernardini, de cuius institutione minime appetet.

In beneficio S. Angeli institutio incipit ab anno 1526. quæ similiter est interrupta.

In Ecclesia S. Philippi similiter extat institutio anno 1527. quæ cum alijs non est coniuncta.

In Ecclesia S. Barbaræ prima extat institutio ann. 1526. quæ non est continua, quia non constat de institutione Sancti de Roc-

chasicca, per cuius obitum, Io. Pyl. fuit prouisus ann. 1548.

Alia vero beneficia, aut nullam omnino habet præsentationem, aut unam tantum, quam constat non sufficere, præsertim cum vltimus sit status libertatis Ecclesiæ, quia per Sedē Apostolicā Antonius de Apollos fuit prouisus absque villa mentione, vel derogatione Iurispatronatus.

Et ad comprobationem supradictæ decisionis conferit, quæ tales personæ quamvis recognoscant superiores, adhuc sunt potentes, & tales dicuntur Domini Castri, ut sunt Domicelli, Comites, Marchiones, & Dukes, ac Principes, ut de familia Columnæ, Ursinorū, Comitum, Sabellorum, & ut traducit Put. decisi. 58. alias 51. lib. 1. Pellegr. decis. 5. lib. 1. Ptolom. decis. 86. alias 87. in manuscript. Caputaq. decis. 128. par. 2. qui dicit ita decisum, & adest decisio Illustriss. Card. Aldobrandini in causa Sabinaen.

binens.beneficiorū 15.No-
uembris 1582. & alias plu-
ties fuit resolutum in Ro-
ta , namque viget eadem
ratio. facit decis. Put. 51.
seu 58. lib. 1. Peregrin. de-
cis. 5.lib. 1. Verall.dec. 128.
par. 2. quod procedit , siue
recognoscant , siue non re-
cognoscant superiorem .
Put. decif. 65.lib. 1. & ita
censuit Sacra Congregatio
relata à nobis in praxi de-
cis. 146.num. 24.

7 Congregatio censuit Ba-
rones,& alios dominos per-
petuam iurisdictionem ob-
tinentes comprehendendi in
hoc decreto in vers. in his
vero personis . Et ante
Nos hanc declarationem
allegat Gonsalez.de altern.
glos. 18. num. 67. & in ter-
minis Baronū Regni Nea-
pol. loquutus fuit , Molph.
in sum. Theolog. morali .
tract. 6.cap. 5.num. 62.Pia-
seg.in praxi Episcopali par.
2. cap. 5.

S V M M A R I V M .

I *Vsurpatio non presumitur*

3 *vbi unus ex patronis es-
set potens, alter vero im-
potens , licet contrarium
sit verius, ut nu. 2. & 5.
Iudex Ecclesiasticus solum
cognoscat de criminis com-
misso simul à laico, & cleri-
co quo ad utriq; pñna .
4 *Laicus potest esse arbitrer
cum Clerico de causa spi-
rituali .**

A R G U M E N T U M .

*An Vsurpatio presumatur ad
effectum probandi Iuspatro-
natus , vbi unus ex patro-
nis eset potens, alter impa-
tens .*

R E S O L V T I O C I V .

Primo facie responderi
posset usurpationem
non presumi, si quidem Sa-
crum Concilium hoc non
aperit , & proinde ad vng-
uem seruandum l. 1. cum
vulgaribus, ff. de carbonia-
rio edicto .

Contrariam sententiam
de iure veriorem esse non
dubito, ratione adiusti, iu-
sta

sta latè tradita in cap. translatto, de constitutionibus, & in l. plerumque, ff. de iure dotium. Et facit à simile, quod Iudex Ecclesiasticus excluso, prors⁹ seculari possit cognoscere de crimine commisso, & perpetrato à laico, & clericō; non tantum ad puniendum ipsum clericū, sed & ad ipsius laici punitionem. & sanè quidā opinantur cognitionem, & punitionem criminis simul à clericō, & laico commissi ad Iudicem Ecclesiasticum pertinere, non ad secularē, etiam quo ad laicum, ut tamen is sit ab Ecclesiastico Iudice, non à seculari puniendus. Huius opinionis Authores sunt Anton. à Prato in l. 1. in fin. ff. quæ sent. fin. appell. rescindant, Marian. Socyn. in cons. 12, lib. 1. idem Socyn. in cap. 2. col. 4. de mut. petit, Fely-nus in cap. 1. col. 6. de praescript. Ferret. cautela 10. Ferd. Loazes in tract. de matrimonio, 10 dubitatio[n]e, num. 20. Socyn. iunior cons. 34. lib. 2. col. 1. Bart,

Socyn. l. cum Senatus, ff. de reb. dub. in fin. qui scribit hanc opinionem in praxi seruatā fuisse, idem sex testatur Mediolani, vidisse Chassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 11. vers. Atchidiaconus nu. 70. eandem opinionem sequitur, Maranta de ordine iudiciorum part. 4. distinct. 11. nu. 22. cùm tamen statim num. 24 rationem huius opinionis veram esse censeatur in diuiduis, nō autē in indiuiduis. Quod, & Socc. sentit in d. cons. 12. & hoc evenit communis, & societatis causa, Iason in l. si emancipati, C. de collat. & Petrus Rebuffus in auth. hab. C. ne filius pro patr. cui potissimum opinioni suffragatur, textus in cap. pertuas, de arbitris, vbi ratione societatis laicus potest arbitrer esse de causa spirituali, simul cum clericō. Cuius decisionis mentionem facit, Felyn. in dicto cap. 2. col. 4. & Hypol. in singula, 180. & confert illud, quod testis inhabilitas suppletur habilitate alterius,

alterius, Bald. in l. si quis ex Argentarijs S. cogentur, in princip. ff. de eden. & idem Bald. in l. 1. col. 1. vers. interdum ad probationem, C. de testam. Sal. in l. in bonæfidei, colum. 8. vers. item sciendum, C. de reb. credit. Rom. in cons. 290. circa fin. Alex. cons. 56. quemadmodum frater admittitur pro fratre, quando habet contestem non consanguineū, ut per Bald. consil. 10. colum. vol. 4. & omnes istæ authoritates superius allegatæ loquuntur, vbi vnum tantum concurrit cum inhabili, & detecta infamia facti cum alio integro probat, Iason. in d. S. cogentur, num. 12. Afflīct. super constitut. fol. 25. col. 3. alias super tit. de patar. recept. nu. 22. & processus factus per Iudicem non recusatum, simul cum recusato valet, quamvis ambo insolidum sint dati, Achil. de Grassis decis. 2. de appellat. per doctrinam Abb. in cap. cū super, vbi Felyn. col. 2. Dec. col. 3. de re iud. & in pro-

prijs terminis, quod dispoſitio Sacri Concilij non procedit quoties duo esſēt patroni, vnuſ potens, alter impotens ex doctrina Menochij lib. 3. de præsumpti præsumptione 90. Quibus suffragantur latissimè nota- ta, per Nouariū in suo sollempni tract. de elect. & variat. fori quæſt. 1. ſect. 3. in ſecund. impress. Neapolit. vbi multa de cōnexitate, & eius effectibus plena manu iuxta morem cumulauit.

SUMMARIUM.

Effectuatio presentationis an probanda authēticis scripturis sit num. 2.

ARGUMENTVM.

An effectuatio presentationis sit probanda authēticis scripturis, quemadmodum presentationes ipſa.

RESOLVTO CV.

Sed offert se hic difficultas, an in plenis poten-
F f. tibū s,

tibus, vel vniuersitatibus in quibus, vt immemorialis suffragetur ultra illam, quæ ante sufficiebat, vt per Puteum decis. 205. lib. 1. & Achil. 4. de Iurepatronat. seu 317. præsentationes etiam continuatæ, nō minori saltem quam 50. annorū spatio, quæ omnes effectus sortitæ sint, authenticis scripturis probari debent: effectuatio illarum probari etiam debeat per authenticas scripturas, an verò possit etiam aliter probari. Et dicitur effectuationem eorum per scripturas authenticas probari debere, vt ex eodē Cōcil. requiritur pro forma, & videtur tenere Zerola in praxi §. 3. nu. 84. Sed re vera ex dicto decreto Cōcil. in illis verbis præsentationes, &c. quæ omnes effectus sortitæ sint authenticis scripturis probentur; nō colligitur necessario effectuationem præsentationum per authenticas scripturas probandam, sed solum ipsas præsentationes, q̄ est nimis difficile; cum effe-

ctuatio non solum cōsistat in institutione, sed etiam in acquisitione possessionis. Vnde hęc pars videtur probabilior maxime quoad possessionem, quod sequitur Rota 1. part. diuers. decis. 545. quę loquitur in personis, in quibus cadit præsumptio usurpationis, & nu. 2. dicit effectuationē præsentationum satis constare, ex quo per obitum præsidentium, & institutorum factæ fuerant aliæ successiæ præsentationes, iuxta cons. Oldrad. 226. sequitur Gonzales in Reg. 8. Cancell. glos. num. 87. & hanc decis. refert Paris. de confid. q. 28. num. 206.

SUMMARIUM.

- 1 Sollemnitas S.C.T. requiritur in Iurepatronatus vniuersitatis spectantis vniuersis, uti vniuersis, non autem singulis, vñ singulis.
- 2 Refertur decis. Illusterrissimi Domini Coccini.

A.R.

ARGUMENTVM.

An si Iuspatronatus vniuersitatis non spectat vniuersis, uti vniuersis, sed ad singulos, uti singulos, requiratur probatio, iuxta formam Concilij.

RESOLVTIO CVI.

1. **R**espondeatur non requiri eandem sollemnitatem in probando, si quidē tunc actus non dicitur vniuersitatis, sed singulorum, quod probatur in l. Si municeps, &c. quod cuiusq; vniuersitatis, vbi actor vniuersitatis non dicitur actor singulorum.

2. Et iuxta hanc sententiam censuit Rota in vna Tolestanā Iurispatronatus 8. Novembbris 1627. coram Iustissimo Coccino, cuius tenor est. Quantum attinet ad secundum caput dicebatur, quod quando Iuspatronatus non spectat ad vniuersum, sed vti ad singulos non requiritur pra-

dicta probatio Cōcil. Gonzales ad regula 8. glos. 18. numer. 69. & fuit dictum in causa Bracan. Parochialis Iulij 1604. coram bon. mem. Iusto, apud Marchesan. par. pr. fol. 47. in fin. vers. nec prædicta patiuntur. Sed difficultas cōsistebat in applicatione, quod hoc Iuspatron. spectaret ad singulos; & cum diceretur ex eo probari, ex quo inter alios donarūt Raimundus, & Ioannes fratres, & filij, & hæredes q. Francisci, nam si Iuspatronat. spectaret ad ipsos tanquam hæredes, cū hoc casu non haberet opus titulo hæreditario, cum viuente patre, & filijs, patronus præsentet, Feder. de sen. cons. IIII. num. 9. vers. præterea, Rocch. de Iurepatron. in verbo competens, Lamber. eodem tract. lib. 2. par. 1. quæst. 2. ar. 6. Ista applicatio nullatenus placuit dominis, quia in hac facti specie verba illa filij, & hæredes stant demonstratiuè ad personas, non autem quod vti tales dona-

Ff 2 uerint,

uerint: quod manifestissime apparet, quia donatio fuit facta à prædictis, & subditur una cum maiori patre Parochianorum ex quibus verbis clare patet, quod illa verba filij, & heredes stat demonstratiue, & quod donarunt, ut vniuersi, & cum fuerit dictum una cum maiori parte duarum partium Parochianorum, Lapus allegat. 78. num. 2. vbi adden. verbo, à maiori parte, Lamber. lib. 2. par. 2. q. 2. art. 8. sub num. 16. & fuit dictum in causa Firmana Altaris 12. Maij 1595. coram bon. memer. Cardinal. Blanchetto. Secundò dicebatur, quod in omnem eventum cum vniuersitate donarunt Ioannes, q. Matthei Birisci in Castro Florêtino, &c. subditur respectuè patroni; vnde inferebatur, quod etiam dicti priuati essent patroni, quod 2 denotant illa verba respectuè, sic quod in probando 3 Iurepatronat sufficiat ordinariæ probationes, cum & Iuspatronat non spectaret

ad vniuersitatem, spectaret nihilominus ad dictos priatos, vt in causa Pamphilonen. Iurispatron. de Aym. 34. Maij 1613. coram Reuerendiss. Domino meo Patriarcha Antiocheno. sed neq; huiusmodi motiuum placuit, quia cum fuerint donatæ Ecclesiæ Parochiales, illa verba respectiue patroni, intelligitur quo ad Ecclesiæ, non autem quod omnes in simul omnium Ecclesiæ essent patroni, vt patet ibi post denominationem titulorum Ecclesiæ, dum dicitur Florêtinæ, & Volaterranæ Dicæcsum Parochialium Ecclesiæ respectiue patroni.

S V M M A R I V M .

Forma probandi Iuspatronatus in potentibus est rigorosa.

Vsurpatio in quibus præsumitur.

Vsurpatio Iurispatronatus non præsumitur, si Vniuersitas habeat tertiam partem Iurispatronatus,

& per-

& personæ non potentes 3
alias tres partes.

ARGUMENTVM.

*V*surpatio Iurispatr. an præsumatur si vniuersitas habet tertiam partem Iurispatronatus, & personæ non potentes habent alias tres partes.

RESOLVTIO CVII.

I *V*T scit is forma seruanda.
*I*urispatr. vniuersitas est tigressæ actenderat cum in predictis præsumatur usurpatio. Butrius in causa dilectus vero 2. de officio delegati, Proclam. decif. 7. Rota decif. 9. num. 1. lib. 1. & inter processus personæ condicimantur. Domini Caltri, ut sit Domicellus Marchiones, Duces, ac Princeps, Put. decif. 5 1. fan. 5 8. lib. 1. Peregrin. decif. 5. lib. 1. Verfall. decif. 1 28. par. 2. Notarijus concl. 2. de Iurepatr. Verum ad articulum propositum deueniendo notabis, quod si vniuersitas ha-

bet tertiam partem Iurispatr. & personæ non potentes, habeant alias tres partes, q̄ non intrat in hoc casu dispositio Concilij Trid. cum cesseret ratio usurpatio in dicta vniuersitate, ita Rota in vna Aurien. Parochialis de Pao. 5. Decemb. 1605. corā Manzanedo, Gonzal. in Regul. 8. Cancellariæ de Alternatiu. glof. 18. nu. 69.

SUMMARIUM.

*V*surpatio præsumitur in Iurepatronatus parochianorum.

ARGUMENTVM.

An in Iurepatronatus Parochianorū præsumatur usurpatio.

RESOLVTIO CVIII.

CAdit præsumptio usurpatio quando Iurispatronatus competit Parochianis, Puteus decif. 5 2. & 205. libr. 1. Rota in Cremonen. Capellaniæ 1601.

2. April.

2. Aprilis coram Illustrissimo Domino meo Coccino.
inde Parochianis , qui ex antiqua consuetudine præsentauerūt Episcopo Rectorem gratum , & ad illorum præces Episcopus Ecclesiæ prouiderit; non competit Iuspatr. nisi aliter doceant de Iurepat. Abb. post alios in c. quærelam nu. 2. de elect. quia non sequitur competit mihi iuspræsentandi ; ergo habeo Iuspatr. Gonzal. de Altern. glof. 18. num. 92.

SUMMARIUM.

1. *Vsurpatio non præsumitur nisi constet de dolosa occupatione .*
2. *Referitur decisio Illustrissimi Domini Coccini.*

ARGUMENTVM.

An vsurpatio Iurispatronatus præsumatur, ubi constat de potentia, verum cessat usurpatio.

RESOLVTIO CIX.

V Surpatio Iurispatronatus non præsumitur , nisi de dolosa occupatione constet, propter dictiōnem, plerumque, qua Concilium vtitur habere locum etiā quando cessat præsumptio usurpationis, si prætendatur à persona potenti, vel magnate, vel vniuersitate , ut césuit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Interprætum, & voluit Rota in vna Sorana Iurispatron. 28. Aprilis 1603. coram Pamphilio in alia Iacen. Parochialis 27. Junij 1603. coram eodem, & tandem in vna Lucana Iurispatronatus 14. Junij 1621. coram D. Coccino cuius tenor est.

Cum Domini beneficiati agentes pro suo collegio incessanter iura sua tueretur, & prætenderent Iuspatronatus, de quo agitur non esse probatum, ex quo illud à familia potenti prætenditur, & ideo non sufficere probations

tiones adduetas : sed requiri maiores, iuxta Sacros. Concilij Decretum in cap. 9. seß.

25. de reform. quod propter dictiōnēm, plerumque, qua Concilium utitur habere locum etiā quando cessat præsumptio usurpationis si prætendatur à persona potenti, vel magnate, vel uniuersitate, censuit Congregatio Illusterrimorum Interpretū, & dixit Rota in causa Sorana Iurispatron. 28. Aprilis 1603. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, ubi fuit reprobata decisio in causa Toletana Iuris decimandi 3. Maij 1582. in qua dicebatur, quod dato concursu paris, vel maioris potentiae Episcopi, cessat usurpationis præsumptio, & cum dicta decisio Sorana, concordat alia decisio in causa Iacen. Parochialis 27. Junij 1603. coram eod. Card. Pamphilio.

SVMMARIVM.

I. Usurpatio præsumitur in locis, ubi Cardinales sunt Episcop.

ARGUMENTVM.

An in locis, ubi Illustriſ. Cardinales sunt Episcopi præsumatur usurpatio.

RESOLVTO CX.

R Espōdeo pariter præsumi usurpationem, & proinde in probatione iurispatronatus requiri easdem sollemnitates, vt probant Paris. in tract. de confidentijs, quæst. 28. nu. 243. & Barbos. de potestate Episcop. quæst. 73. par. 3. ubi per hæc verba loquuntur, & hæc conclusio procedit etiam in Episcopatibus, qui obtinentur, & possidentur per S.R.E. Card. & fuit per Rotam resolutum in una Salien. 6. Nouembris 1582. & ratione ob obseruantiam Summorum Pontificum, & Cardinalium, dum Aunctioni morabantur.

SVMMARIVM.

I. Usurpatio ubi præsumitur requi-

- requirūtur, quod præsentationes sint continuatae.*
- 1 *Presentationes debent esse continuatae, alias si es- sent 200. annorum non suffragarentur.*
- 3 *Forma est præcisè obseruanda etiam in minimo.*

ARGUMENTVM:

Continuatae presentationes, an requirantur, ubi præsumi- tur usuratio tantum,

RESOLVTIO CXI.

REspondetur, quod sic & ratio est, & in hac sumus in speciali casu, & tamquam in tali. Conciliū exigit insolitas, & exactas probationes; nec contentatur cum probationibus, quæ de iure communi admittuntur: etenim exigit Concilium præsentationes continuatas per quinquaginta annos, & ideo oportet quod nulla adsit interpellatio; nisi quod in omnibus vacationibus contingentibus una præsentatio-

sequatur alteram, nam ita obstendit illud verbum cōtinuatæ, cap. accedentibus, iusta glosa 1. in fine de priuilegijs, Speculator. titulo de probationibus, §. 1. incipit probare num. 32. & 33. latè Marcus Antonius Barbus in tract. de tempore vtil. cap. 2. num. 1. & cap. 8. Federicus de interpretat. iuris part. 1. num. 126. quo fit si non adesset dicta cōtinuatio nō sufficerent præsentationes ceterum, nec ducentum, Paris. de confiden. quest. 28. num. 355. & amplius annorum, cum forma dicti Concilij non seruaretur. Quoniam Concil. in hac parte assignat certam formam, eæ est præcisè seruanda, l. non aliter, ff. de legatis 3. cap. cum dilecta, vbi latè Felynus de rescriptis, capit. cui de non Sacerdotali, de præbendis lib. 6. Parisius cons. 12. nu. 47. & cons. 15. num. 23. vol. 2. Rota decis. 13. num. 2. de concess. præbend. in nouiss. & decis. 8. de dolo, & contumacia, in nouiss. Ita, quod si in

Si in minimo deficiat forma, nihil actum dicatur, & totus actus corruat, Felynus in d. cap. cum dilecta num. 10. de rescriptis, Maled. decis. 17. num. 1. de caus. possess. Capitaquen. decis. 250. par. 1. & decis. 143. num. 5. par. 3. Mandosius in regula 27. quæst. 20. nu. 16. & 17. Et ad vnguem est seruanda, Decius cons. 532. num. 4. & 5. Tiraquelius de retractu conuention. S. 4. glof. 6. num. 31. cum seq. Nouarius lib. 1. forens. quæst. cap. 78. num. 8. cum sequen.

SVMMARIVM.

- 1 *Verbis legis est inherendum.*
- 2 *Præsentationes debent esse continuatae solum per tempus 50. annorum.*

ARGUMENTVM.

Præsentationes an debeant esse continuatae per tempus immemorabile, vel per spatium quinquaginta annorum.

RESOLVTIO CXII.

Prima consideratione videbatur dicendum, debere esse cōtinuatas per tempus immemorabile, per dispositionem Concilij, ibi intra tempus immemorabile : vnde regulariter à verbis legis non est recedendum, l. non aliter, ff. de legatis 3. maximè vbi non est ambiguus intellectus, l. in ambiguo, ff. de rebus dubijs, & hanc opinionem, ut præsentationes debeant esse continuatae per spatium 100. annorum, tenet Paris. in tractat. de confidentijs quæst. 28. num. 256. Contrariam sententiam de iure veriore, ac in Praxi receptionem, tenuit Genuen. in sua Praxi cap. 63. nu. 9. vbi non per tempus immemorabile, sed intra spatium 50. annorum debere esse præsentationes continuatas, vt cœleatur satisfactum dispositioni Concilij: redditionem, quia id non dicit Sacrum Concilium, ut

Gg ex

ex verbis eius clare apparet, & colligitur; & proinde Nos dicere non debemus, iuxta tex. & quod ibi communiter notatur in l. de pretio, ff. de publicana in rem actione: & vbi lex generaliter loquitur, generliter debet intelligi, l. filium ff. de legatis præstandis, & in terminis hanc eandem opinionem substinet Nouarius conclus. 2. num. 3. de Iurepatronatus pagin. 213. colum. 1.

SVMMARIVM.

- 1 *Iuspatronatus Magnatum quomodo probetur.*
- 2 *Immemorabilis habet vim tituli.*
- 3 *Continuate presentationes que dicuntur, num. 4.*

ARGUMENTVM.

Continuate presentationes ad effectum probadi Iuspatronatus Magnatum, que nam dicantur:

RESOLVTIO C X I I .

IN personis Magnatibus, & locis Vniuersitatis, vt supra alias diximus, Iuspatronatus non probatur ex quinquagenaria possessione cū præsentationibus effectuatis, iuxta decis. Mohedan. 153. nec etiam quādo cum immemorabili publica fama dotationis concurrit, vt fuit resolutum in una Sabinensi. coram Illusterrimo Altobrādino. Sed debet probari iuxta decre- tum Sacri Concilij cap. 9. quod dat forinam, vt patet ex illis verbis: neq; aliter, Dec. consil. 528. num. 11. Ruyn. consil. 92. num. 25. lib. 3. Socc. conf. 46. nu. 24. lib. 4. & forma data perdi-cta verba est præcisè obser- uanda, l. non aliter, ff. de leg. 3. Surd. conf. 143. num. 43. Bald. in l. comparatio- nes, 3. opp. C. de fide instrum. Dec. conf. 90. nu. 6. Cardin. Paris. latè conf. 12. nu. 47. & conf. 15. nu. 23. & col. 33. n. 12. vol. 2. Et me- lius

lius est ad cautelam aliquid facere ex abundantia, quam omittere, Fulg. in l. vltim. nu. 16. C. de edicto, D. Andreani tollen. cū nihil possit à Iudice, vel ab alio remitti, Bald. in authen. iubemus in fine, C. de Iud. Dec. cons. 699. nu. 4. & 5. Card. Paris. cons. 43. col. vltim. vol. 1. & cons. 107. nu. 28. vol. 3. & consil. 14. col. 1. vol. 4. Rolan. à Valle cons. 70. num. 13. vol. 1. Quod requirit Concilium, & dat pro forma, est ut præter immemorabilis temporis probationem, & reliqua necessaria; præsentationes debeant esse continuatæ, & sortitæ effectum nō minori spatio, quam quinquaginta annorum; nec immemorabilis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes etiam continuatæ non minori saltem, quam 50. annorum spatio, quæ omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probetur. Et sic per hęc verba sublati sūt modi, qui-

bus de iure communi acquirebatur Iuspræsentandi, de quibus, per Staphyl. de mod. & for. impetr. num. 14. & sequen. fol. 407. huiusmodi decretum esse omnino obseruandum, & verificanda sua requisita, ut constet de Iurepatronatus, in prædictis personis, sicut resolutum in vna Reatina, Iuris patronatus die Lunæ 10. Octobris 1572. coram Robusterio, & in dicta Sabinen. Beneficiorum die Mercurij 15. Nouēb. 1587. corā Altobrandino; in quibus etiā fuit, q̄ dictum possessio antiquissima, vel præsentationes cōtinuatæ, aut confessio Episcopi, vel testes probantes, &c. non sufficiunt, cum sit data forma de confessione Episcopi, sicut resolutum in vna Fundana Iurispatronat. coram Anton. Aug. 13. Iunij 1552. vt non noceat Ecclesiæ, vel successoribus, Ripa lib. 2. respons. cap. 28. Nec etiam testes de Communitate probat Iuspatronatus Cōmunitatis, vt fuit

Gg 2 dictum

dictum in vna Lunen. S. Eu-
stachij corā Capifucco 20.
Iunij 1551. & valde notan-
2 dum est, quod sufficiat im-
memorabilis, cum habeat
vim tituli, l. hoc iure, S. du-
ctus aquæ, ff. de aqua quot.
& æstu. cap. 1. de præscript.
in 6. Host. in cap. peruenit,
col. 1. de cens. Abb. in cap.
super quibusdam, circa fin.
de rer. signif. Paul. de Ca-
stro in l. si certis annis, C. de
paet. Ias. conf. 209. col. 1.
lib. 2. Card. Paris. conf. 111.
num. 43. & 49. vol. 1. & alij 4
omnes; adeo vt habens hūc
titulum non teneatur pro-
bare, Arch. d. cap. 1. Gemin.
& omnes, de p̄script. lib. 6.
Bald. conf. 352. col. 2. lib. 1.
Cardin. conf. 118. col. pen.
Alexan. conf. 6. col. 1. lib. 1.
Dec. conf. 341. colum. pen.
Paris. conf. 27. numer. 80.
volu. 1. Curt. iun. conf. 61.
col. 1. Gozad. conf. 8. nu. 37.
latissimè Gabr. de præsūpt.
conclus. 1. per totam usque
ad nu. 84. vbi etiam habes
quomodo debeant proba-
ri. Nec sufficiunt præsen-
tationes, ceterum annorum, 2

vel ducentorum, si non sunt
continuatæ, vt scilicet vna
subsequatur aliam; nam ita
ostendit illud verbum (cō-
tinuatæ) vt latè Bart. de
tempor. vtil. cap. 2. num. 1.
& cap. 8. Cardin. Iacobac.
de Concil. lib. 7. art. 1. nu.
130. Stephan. de Federic.
de interpræt. iur. part. prim.
nu. 126. Nec etiam suffra-
gantur præsentationes cō-
tinuatæ per tātum tempus,
vel maius, si non sunt effe-
ctum sortitæ omnes.

Vnde ad articulūm supra-
positūm respondeo conti-
nuatas præsentationes dici, t
quando vna sequitur aliam:
est enim cōtinuatio rerum
coniūctio, & subordinatio,
quarum extrema inuicem
se coniungunt, vt latè per
Bart. in tractatu de tempor.
vtil. e ap. 1. & Paris. de con-
fiden. quæst. 28.

S V M M A R I V M .

*Præsentationes interpellati-
ae, & non continuatae, an-
valide sint.
Deciso Rotæ refertur.*

A R.

ARGUMENTVM.

Continuatae presentationes, An 2 dicantur si una intermedia non sit continuata.

RESOLVTIO CXIV.

Vicunque præsentationes essent interpellatae, & non successivæ, sicutamē sint effectuatæ: id est confirmatæ ex institutione, & possessione sequuta ob successivam vacationem per obitum præsératorum, si ostendantur præsentationes antiquæ, & modernæ, sed mediæ nō inueniantur, tamen istæ mediæ præsumuntur ex probatione extreñorum, ita in proprijs terminis, Seraph.decil. 337. & decif. 1141. Cassador.decif. 2.nu. 7. de probat. Rota in Gerunden. Benef. 1599. coram Illustriss. Cardinali Serafino tunc Rotæ Auditore, Nouatus in suo Iure Pontific. nouo conclus. 1. sub num. 5. versic. quæ quidem de Iurepatronatus, &

ita alias dicit Rota in Cesaregustana Cappellaniæ Lutæ 4. Maij 1573. per hæc verba. Domini dixerunt, ex præsentationibus, de quibus in præsuppositis, constat de immemorabili possessione presentandi Alcadi, & iuratorum de Calatoran. & Confraternitatis S. Bartholomæi, nam ab anno 1433. usque ad annum 1565. fuerunt in quasi possessione, & sic per 130. annos. Probatur etiam initium continuatum ab anno 1433. usque ad annum 1493. per successivas personas, & sic per sexaginta annos, ab anno 1517. usque ad annum 1565. & sic per quaraginta octo annos, quibus extremis probatis præsumuntur media, Tiraq. de præscript. §. 1. glos. 5. per tot. qui in fin. declarat gl. in cap. accedētibus de priuilegiis.

Non obstat, quod non apparet, præsentationes habuissent effectum, quia immo sati cōstat, ex quo per obitum præsératorum, & institutorum factæ fuerunt aliae successivæ præsentationes, Oldr. conf.

conf. 229. num. 2. & 3. Lambert. de Iurepat. lib. 2. par. 1. quæst. 10. ar. 7. Et etiam institutiones subsequuntæ, quæ d. Iuspræsentandi non solum ex verbis enunciatiuis, quæ in antiquis probant, Achil. decis. pen. de fide instr. sed etiam ex obseruantia subsequuta, probant, Cyn. in conf. suo, quod est inter conf. Bald. 400. vol. 4. Aym. conf. 101. num. 3. & 4. idem conf. 108.

Nec obstat, quod Vincentius resignauerit in manibus Papæ in fauorem Hieronymi cum narratiua Iurispatronatus. Nam licet Hieronymus non fuerit præsentatus, ostendit, quod præsentatio Vincentij habuit effectum, ex quo Hieronymus venit ex persona sua, & prouiso Apostolica non mutat statum, seu quasi possessione Iurispatronatus, sed illam conseruat, Aegid. decis. 107. Achil. decis. unic. de Stat. benefic.

Nec obstat dispositio Conc. Trid. cap. 9. sess. 25. quia probantur præsentationes non solum 50. sed & 60. anno-

rum ex una, & 48. annorum saltē ex altera.

Præterea suspicio usurpationis de qua Crescen. decis. 13. & Io. Paul. decis. 87. non habet locum, ubi constat de immemorabili, Achil. de Iurepatr. decis. 4. & 5.

SVMMARIVM.

I Præsentationes debet esse effectuatae, & num. 2.

ARGVMENTVM.

An, ut præsentationes probent Iurispatronatus, requiratur, quod sint effectuatae.

RESOLVTIO CXV.

Sanè inter alia requisita certū est, illud quoque esse necessarium, quod præsentationes effectū habuerint, non autem quod euauerint, Ripa in cap. cū Ecclesia Sutrina, num. 93. de caus. possess. & propriet. Calder. conf. 12. de Iur. patron. Rebuff. in concordat. in rubric. de Annat. in verbo

bo possessionem, Veral. decis. 337. num. 2. Puteus decis. 136. num. 3. lib. 3. & ita alias voluit Rota in Pamphilonen. præheminentiarum 17. Aprilis 1592. coram R.P.D. Pamphilio tunc Auditore, & postea Illustrissimo Cardinali.

2. Quare ut præsentationes probent Iuspatronatus requiritur, ut sint effectuatae, iuxta eiusdem Concilij dispositionem cap. 9. de reformat. sess. 2. & hanc opinionem substituit Nouar. in suo nro. Iure Ponf. concl. 2. sub num. 3. de Iurepatronatus.

SVM MARIVM.

3. *Præsentationes, quando dicuntur sortitæ effectum.*

ARGUMENTVM.

Præsentationes quando dicantur suum sortiri effectum ad finem de quo supra.

RESOLVTIO CXVI.

1. **D**icendum est, quod tunc dicuntur præ-

bitr. iud. vers. statutum, vel
cōfuerudo dat Iudici, Ame-
deus de Castell. in tractat.
syndic.

- syndic. num. 145. Brunus 5
de Cōstitutionibus, & Sta-
tutis in verbo arbitrium,
vers. statutum, vel consue-
tudo, Beneintend. decisi. 31.
afferri solēt tex. l. i. S. ex-
plicatores, ff. de effract. et
expil. & l. creditor in fine,
ff. mād. & l. hodie, de pēnis.
causæ cognitio in multis 6
versatur, & magni dicitur
esse ponderis, Marsil. l. qui
cedem, col. 4. 5. ff. de siccari.
& in singular. 648. causæ 7
cognitio versatur enim pri-
mo in citatione adhibēda,
3 Bart. in l. causæ, S. causa co-
gnita, ff. de minor. & in l.
prolatam, C. de sentent. &
interlocut. omn. iud. Alex.
in l. qui Romæ, S. Augerius
de verbis. obligat. Oldrad.
cōf. 2 27. de toto thematæ,
Gozad. conf. 2. num. 1 5. &
conf. 92. num. 1 3. vers. & 1.
- 4 Secundò in causæ cogni-
tione exigitur, vt litigantiū
iura exaudiantur, vt respō-
dit Socc. sen. conf. 32. col.
pen. vers. 2. ex regula glos.
lib. 1. & ante eū, Signorol.
conf. 203. numer. 5. Mars.
sing. 328.
- Tertiò in cognitione
causæ, vt ordo iudicarius
obseruetur, nec enim festi-
nanter, & ex abrupto pro-
cedi debet, Butr. cap. audi-
tis 2. de elect. Ias. in l. sed si
hac, S. prētor ait, ff. de in ius
vocand. & clare Socc. sen.
dict. conf. 32. col. pen. tem-
pore enim opus est, vt re-
ctè, & maturo consilio res
agantur, cap. ponderet 50.
distinct.
- Hinc dicimus sententiā
præcipitanter latam esse
nullam, Bart. l. pro latam
num. 5. C. de sentent. &
interlocut. omn. iud. & supra
quæst. 37.
- Quartò in causæ cogni-
tione fore omnino necessariū,
vt termini statuan-
tur, intra quos possint par-
tes suas afferre probatio-
nes, Signorol. d. conf. 203.
num. 5. Castr. in conf. 284.
libr. 1. versatur enim plenior
causæ cognitio in pro-
bationibus, quam in ordine
iudicario, vt post Abbarē
conf. 50. col. vlt. lib. 1. re-
spond. Dec. conf. 96. nu. 1.
Ultimo in causæ cognitio-
ne

270 Io. Aloysij Riccij Episc. Viciequenl.

- ac exigitur; vt hinc inde adducantur exceptiones, & replicationes, si quas addu cere volunt partes, sic Ca strens. in l. nam; & postea, 3. si damnetur de iure iur. 4. Ruyn. cons. 127. num. 19.
- 9 Declaratur non procedere in Iudice, qui liberū, et absolutū habet arbitriū; is al. sine causæ cognitione procedere potest, sic Bart. intelligo in cons. 83. Alex. cons. 189. in si. lib. 2. Felyn. cap. 1. nu. 86. de constitut. Eccles. sen. cons. 121. col. 1. vers. postremo lib. 3. his accedit Pet. Beneintend. conclus. 31. num. 3. qui intelligit de scrupulosa causæ cognitione: loquitur enim, Bar. in eo, qui de facto procedere potest, quod est idem cum illo, qui potestatem absolutam, & liberum habet arbitrium.

S V M M A R I V M .

- 1 Capellaniæ nō sunt beneficia Ecclesiastica, sed quādo beneficia presumuntur.
2 Vbi deficit auctoritas Qr-

dinary non dicitur beneficium.

Capellania sub nomine reservationis beneficiorum non venit.

Consensus Ordinarij, quando presumatur interuenisse.

Sollemnitas extrinseca presumitur interuenisse.

Ioannes Maria Nouarius I.C. ab Authore laudatur.

A R G U M E N T U M .

An in probatione patronatum Capellaniarū exigatur forma Concilij.

R E S O L V T I O C X X X I I I .

Consultus respōdi minime exigi formam Concilij; si quidem huiusmodi Capellaniæ non dicuntur beneficia Ecclesiastica, nam sunt fundatæ nobis interueniente Ordinarij auctoritate, vt per Guid. Pap. in decis. 187. glos. in Clement. 2. de decimis, & latissime Gonzalez glos. proem. 4. per totum, & Episcopi auctoritatem esse necessariam in beneficijs, & ea deficiente

ficiente simplicē potius di-
ci Capellaniā, quam be-
neficiū, notarunt Abb.
cap. significarum num. 5. de
præbend. Felyn. in cap. ex
parte, num. 2. de rescriptis,
Guid. Pap. decif. 187. nu. 1.
Gonzal. ad regulam 8. Cā-
cell. glos. 5. num. 7. Garz. de
benef. cap. 9. nu. 71. Quam-
uis perpetuū sit beneficiū,
2 vbi enim Ordinarij autho-
ritas deficit, minime dicte-
tur beneficiū Ecclesiasti-
cum, ita post Nauar. Azor. 3
& alios retulit, Garz. de be-
nefic. par. 1. cap. 2. nu. 102.
& 103. Hinc quod huiusmodi
Capellaniā, circa Summi Pōtīscis, sed Epis-
copi autoritatēm constitutę non sunt collatię, nec
beneficia, nec obligāt pos-
sessores ad horas canonica-
cas, vt post Cordub. Ludo.
Rodor. Couar. & alios quā
plures scripsit, idem Garz:
d. cap. 2. num. 104. Gonzal.
dicta glos. 5. num. 22. In-
quiens etiā quod licet Ca-
pellania sit perpetua, & cle-
ricus de parentela sit in ea
eligendus à patrono laico,

in quo etiam omnia con-
currant requisita: nihilomi-
nis nequaquā erit benefi-
ciū, si Ordinarij authoritas
in fundatione non interue-
nerit, allegat post alios, Pa-
ris. conf. 34. num. 9. Velas.
decif. 60. num. 12. Aditque
in nu. 21. quod licet Epis-
copus nomine proprio de
bonis suis etiam fūdauerit;
adhuc tamen non erit be-
neficiū: idcirco, subdit nu.
22. sub beneficiorum reser-
vatione eam non compre-
hendi. Capellania namq; etiā à laico possideri po-
test ex Valasc. d. decif. vlc.
60. num. 13. Post decif. 182.
num. 1. quod licet Epis. conf. 1.
d. 2. postea Capellaniā regula
8. glos. 9. summa fūdauerit.

Quinimō nec in his Ca-
pellanijs inter viuos cōsti-
tutis superueniens Ordina-
rij authoritas sufficit; quā-
uis secus esset in constitu-
tis in vltima voluntate te-
statore minime contradic-
cente, Gonz. cap. 2. nu. 111.
in fundatione autē benefi-
cij satis erit si Ordinarij au-
thoritas superuenierit; etc-
nim.

nim quotiescumq; consensus requiritur, si superueniat satis est, ex tex. in cap. veram, & in cap. sugestum de Iurepatron. Gonz. dicta glos. 5. num. 56. Lamber. part. 1. lib. 1. quæst. 12. art. 12. Cosar. de benefic. par. 4. cap. fin. nu. 25. Vbi tamen essemus in casibus, in quibus cōsēsus Ordinarij pr̄sumeretur interuenisse, tūc de Capellania ob status mutationem efficitur beneficium patronatus, & consequenter exigentur probationes, iuxta formam Concilij.

4 Qui quidem consensus Ordinarij pr̄sumitur interuenisse ex diuturnitate temporis, Lambertin. de Iurepatronat. lib. 1. par. 1. art. 7. 2. quæst. princ. à num. 3. & seq. per totum Mascard. de probat. conclus. 416. nu. 4. Menoch. lib. 3. pr̄sumpt. 90. num. 17. & seq. & lib. 6. pr̄sumpt. 79. num. 4. Garz. de benefic. 5. part. capit. 9. num. 73. & 74. Gonzal. ad regulam 8. glos. 5. nu. 50. qui in nu. 51. & 52. eo ma-

5 ḡs id procedere inquit, stāte quasi possessione superiores ad alterius pr̄sentationē instituendi, vel vbi constaret de aliqua institutione iam facta, quæ debitum effectum fuerit sortita; constito enim de vnica collatione, vel institutione Ordinarij, in dubio capellania censemur beneficium, Rebuff. de pacifica possess. nu. 349. Rota decis. 106. nu. 1. 2. & 3. par. 2. diuersor. Crescent. decis. 12. de probat. vbi dicit satis esse si status beneficij probetur, & de eo tamquā de beneficio fuisse factas collationes per Ordinarium, quæ effectum fuerint sortitæ; ultimus namq; beneficij status attenditur, sequitur Garz. de beneficijs par. 1. cap. 3. num. 113. rursus Gonzal. dict. glos. 5. num. 51. & 52.

6 Hinc est, quod omnes communiter sentiant solemnitatem extrinsecam, in quolibet actu interuenisse pr̄sumi, & si Notarius de ipsa nullam in actu mentionem fecerit, prout adnotarunt

notarunt, Alex. & Ias. in l. sciendum, ff. de verb. obligat. idem Ias. in l. qui aliena, s. sed si non adierit, ff. de acquirenda hæredit. Dec. cons. 409. num. 12. Gam. decis. 48. nu. 3. & decis. 83. num. 2. Affid. decis. 34. nu. 5. Surd. decis. 13. num. 19. & sequ. Menoch. cons. 90. num. 29. non enim sola actorum inspectio, probat follemnitatem minime interuenisse, quādo potuit solemnitas, vel actum præcedere, vel subsequi, Surd. decis. 334. num. 20. quem ad id in facti contingētia allegabat Iur. Consul. Lucas magni nominis Io. Maria Nouarius, tamquam Aduocatus.

S V M M A R I V M .

- 1 *In omni materia attenditur consuetudo.*
- 2 *Consuetudo habet vim legis. In materia Iurispatronatus consuetudo nullas vires habet.*

A R G U M E N T U M .

An consuetudine induci possit diuersus modus probandi iuspatronatum à Concilio stabilatum.

R E S O L V T I O C X X X I V .

Prima consideratione videbatur respondendum pro opinione affirmativa; si quidem in omni negotio attenditur consuetudo, tam in emptione, & venditione, q. in locatione, & conductione, in societate, in stipulatione, in donatione, in feudo, in emphyteusi, in matrimonio, in restitutione dotis, & in omni alia materia, ut per Gabr. in recoll. commun. opin. in tit. de consuetud. concl. 1. vbi alios cumular.

Magna enim consuetudinis vis est, itaut pro lege seruandam disponitur, in l. de quibus, cum similibus, ff. de legibus; imò & illam legē vincere scripsit, Puteus decis. 176. lib. 3. quem refendo

rendo, sequitur Nouarius
in Pragmatica Regni z. sub
titulo de officio Magistri Iu-
sticiarij, num. 4. vbi plura
alia circa hanc materiam
cumulat, & præcisè quad
illa operatur id, quod spe-
ciale paetum operari posset
ex Afflct. decif. gr. & 258.
inde in omnibus, vbi con-
suetudo adest, illi standum
est, nec recedi potest.

3 Quidquid tamen sit cir-
ca vires consuetudinis, in
materia probationis Iuris-
patronatus nullā vim ha-
bere censuit, Rota in decis.
z. de cōsuetudine in nouis.

S V M M A R I V M .

- 1** Sedilia, & Collegia repre-
sentant Vniuersitatem.
- 2** Sedilia babent restitutio-
nem in integrum, & ele-
ctionem fori.
- 3** Aequiperatorum eadem est
dispositio.

A R G U M E N T V M .

Ius patronatus Collegiorum, si-
ue Sedilium, an debeat pro-
2

bari, iuxta formam Concilij traditam in probatione.
Iurispatronatus Vniuersita-
tum.

R E S O L V T I O C X X X V .

F Vi quandoque consul-
tus, si in probatione
Iurispatronatus Sedilium
huius inclite Ciuitatis Nea-
polis, deberet obseruari for-
ma tradita à Sacro Concil-
io in probatione Iurispatro-
natus Vniuersitatum; vel il-
la tradita in probatione Iu-
rispatronatus priuarorum,
& semper fui in opinione,
quod esset obseruanda for-
ma probationis Iurispatro-
natus Vniuersitatum; cum
huiusmodi Sedilia, & Col-
legia nihil aliud in rei veri-
tate sint, nisi Vniuersitates,
& quedam Collegialis So-
cietas, ut per Franch. decis.
z. num. 1 o. Et ideo habere
videntius eadem privilegia,
quaes Vniuersitatibus com-
petunt, ut per Sforz. Odd. in
tract. de restitut. in integr.
quest. 3. art. 12. part. 1. vbi
concludit illa habere resti-
tutio-

cutionem in integrū, quia
æquiperantur cum vniuer-
sitate; vnde eadem esse
debet dispositio, l. i. ff. de
legat. r. gl. in l. si quis seruo
C. de furt. & in cap. si post
quam, s. fin. de elect. in 6.

Et in proprijs terminis
probationis Iurispatrona-
tus, iuxta hanc opinionem
reperi tenuisse, Nouarium
in suo sollemini tractatu de
elect. & variat. fori quæst.
24. num. 6. sect. 2. in ultima
impressione Neapolitana,
quo in loco pariter coœl-
dit huiusmodi Sedilia, &
Collegia habere in eorum
causis beneficium electio-
nis fori.

SUMMARIUM.

1. Derogatio fieri posset qua-
litatibus beneficio adie-
ctis, tam per actum inter
viuos, quæ causa mortis.
2. Cessante causa cessat effe-
ctus.

ARGUMENTVM.

ad derogatione qualita-

sum adiectiarum in fun-
datione Iurispatronatus;
num debeat, & illud
probari iuxta formam
Concilij.

RESOLV'TIO CXXXVI.

R Espōndeo pro nega-
tione parte, quia in
iure est clarum posse deroga-
gi qualitatibus in benefi-
cio adiectis, & hoc tam per
actum inter viuos, quam
per testamētum, aut aliac
huiusmodi dispositionem
causa mortis, quæ comau-
riter ultimæ volūtais no-
mine appellatur; prout de
actu inter viuos, quoad qua-
litatem Iurispatronatus sa-
ris constat, ex cap. piz me-
tis, cap. Firigentius, & cap.
decernimus 16. q. 2. capit.
cum dilectus, & ibi glosa
recepta, de consuet. capit.
significavit, de testibus, ca-
pit. 3. & cap. nobis, de Iure
patron. cum alijs adductis
a Lambertin. lib. i. part. 3.
quæst. 1. art. 2. & quæst. 2.
art. item 2. vsq; ad 10. atq;
alibi sc̄pē, quoad alias pa-

M m 2 riter

riter pias qualitates patet, ex Concil. Trident. sess. 25. capit. 5. 9. & 16. de reform. quodad reservationem autē alicuius temporalis emolumenti liquet, ex cap. Eleutherius 18. q. 2. & dicto cap. præterea, il 2. de Iurepatr. cap. 1. & cap. 5. de censib⁹ tradit⁹; latè post alios, Lambertin. d. 1. par. q. 9. art. 1. nu. 56. usque ad 63. vbi de communi testatur; facit etiā 2 cap. prohibemus, cap. præterea, cap. cum clericis, cap. significavit, & cap. grauis, vbi glos. Abb. & alij ad nostrarunt, de censibus; necnon & cap. tua nos, il 1. de iure iurand. & cap. cum Beroldus, S. licet autem, ibiq; glos. & Bald. de re iudic. De dispositione autem causa mortis constat, ex cap. nos quidē, de testamen. & alijs, quæ affert Lambertin. dicta q. 2. art. 11. & 12. necnon q. 3. art. 24. cum sequen. & q. 4. art. 6. 7. 9. & 10. ac Rursum q. 9. art. 1. num. 47. 50. & 52. & Rocch. de Curte in tract. de Iurepatr. verb. pro eo, quod de Dioceſianis

consensu, in princ. & ill. 2. 3. 10. et 14. ac de utroque modo fundādi, idem Lambertin. d. tract. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 30. nu. 18. et Coœl. Tridēn. d. sess. 25. cap. 5. 9. ac 16. de reform.

Vnde cum ex derogatione dicti tituli Iurispatronatus cesseret nomen, debet cessare, et effectus; et sic probationis forma: quasi quod cessante causa cesseret effectus, l. adigere, S. quamvis, ff. de Iurepatronatus, cum similibus, cum enim de beneficio Iuris patronatus ex voluntate testatoris primi fundatoris in aliā mutauerit specie, sollemnitas prius necessaria debet cessare, quasi quod mutatione statutus mutetur conditio rei: et ideo tamquam casus extra dispositionem Cœcilij, sub illius censura stare non debet, iuxta ea, quæ admonuit Nouarius lib. 1. quæst. forens. cap. 117. num. 10.

S V M M A R I V M .

Probationes factæ in iudicio summario nō faciunt fidem

- 1 *Probatio in plenario.*
- 2 *Iudicium possessorium est summarium.*
- 3 *Probationes Iurispatronatus factæ in possessorio non probant in petitorio.*
- 4 *Probationes in possessorio quo casu probent in petitorio.*

ARGUMENTVM.

An probationes factæ in causa possessorij Iurispatronatus profint in causa petitorij?

RESOLV TIO CXXXVII.

1 **R**egulariter probatio-
nes factæ in iudicio
sumptuario, si summarum fa-
ctæ fuerint, non faciunt huius-
dei in iudicio summario, ar-
gumento tex. et q ibi com-
muniter notatur in cap. in
præsætia, de testibus, et fuit
originalis Doctrina Butri-
carij in l. ab hostibus, S. q
simpliciter, s. ex quib. cau-
sis maiores, quam sequitur
Alex. in l. sc̄p̄. num. 81. ff.
de re iudicata, et in l. 2. nu-
m. 28. post Bald. in fine, C. de-

edendo, Rota diversi in de-
cis. 35. num. 3. par. 3. Vnde
cum possessorium iudicium
sit summarium, ex latè tra-
ditis per Rotam Perusinā,
apud Ludouisum in decis.
24. et in eo, ut plurimum
probationes summariae suf-
ficiant, vt communiter cō-
cludunt scribētes, in l. vni-
ca, C. de momentanea pos-
sessione: merito crederem
probationes factas in causa
possessorij Iurispatronatus
minimè probationē facere
in causa petitorij iuris eius-
dem, ad effectum vt menti
Concilij, circa Iurispatro-
natus probationem satisfa-
ctum censeatur.

4 Limita supra positam cō-
clusionē si probationes fa-
ctæ in possessorio essent ple-
nariæ factæ, ita quod nulla
alia probatione indigeret;
tunc enim probant in peti-
torio, vt per Doctores su-
pra citatos, quibus addo,
Bellon. in decis. Rotæ Ge-
nuen. 3. nu. 5. et sequen. Vi-
uius in decis. 313. nu. 2. Bo-
logn. cōf. 52. Borel. in summa
dec. tit. de probat. nu. 152.

Et

Ethoc presertim procedit, vbi in causis summariorum plenariae exigerentur probationes, prout in possessorio Iurispatronatus, ut in proprijs terminis loqua est Rota apud Illustrissimum illum virum, & omnium iudicio omni dignitate meritissimum Coccinum in decis. 461. 464. & 469. Rota in decis. 33. in nouissimis, Gratian. in decis. Rot. Marchiz 92. num. 5. & sequent. Ruyn. cons. 38. vol. 5. Natta cons. 585. nu. 4. & sequent. volum. 4. Bursat. cons. 202. num. 96. vol. 2.

Limita 2. non procedere vbi probationes factae in possessorio Iurispatronatus iuarent, & tenderent ad corroborationem, & verificationem causæ in petitorio; tunc enim penè probant in possessorio, ex latè deductis, per Beneinten. Rota Bonon. in decis. 53.

S U M M A R I V M .

Vbi in continentri producuntur probationes perfectæ

in causa Iurispatronatus probant.

Probationes absque sermone probans in Regno.

A R G U M E N T U M .

An probationes in causa Iurispatronatus, absque sermone probent.

R E S O L V T I O C X X X V I I I .

Respondeo, quod si in continentri reproducantur perfectæ probationes, quæ súcta mente conciliij sunt necessariz; puta instrumentum fundatiōnis, vel ipso deficiente multiplicatae præsentationes, cum tempore à Concilio requisite cederem admittendas esse, quamvis non sit utrig; parti terminus elargitus, ut voluit Melnoch. cons. 733. num. 5. & seq. vol. 4. ultra quod probationes nulla data dilatatione de iure validè censemur, ut communiter concludut omnes, in 1. fin. ff. de ferijs, nullis. in decis. 55. num. 2. & la-

& latissimè Felyn. in capit.
Ecclesie Sæctæ Mariæ, nū.
23. & sequen. de constitu-
tionibus.

- 2 Quod quidem præsertim procedit in Regno Neapol. per pragmaticā incip. post prædictas, ibi sine aliquo Iudicis ministerio termin⁹ ad probandum ipso iure partibus intelligatur statutus, ut meminit Grammat. conf. 78. Capyc. decis. 1. num. 31. Cartar. in decis. Genuæ 22. num. 2. & seq.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia canonizæ Ius-
patronatus nō visis actis
est nulla, & quare,
num. 2. & amplia, ut
num. 3.
- 4 Sententia notoriæ iniusta
non transit in rem iudi-
catam.

ARGUMENTVM.

An se ex sententia canoniza-
tionis probationis Iurispa-
tronatus appareat Iudicem-
iudicasse absque actis, illa

si valida ad finem proban-
di Iuspatronatus.

RESOLVTIO CXXXIX.

Communis Doctorum opinio est sententiam canonizantem Iuspatronatus non visis actis esse nullam; & proinde non induci satisfactionem mentis Concilij, ut probat multa adhoc adducens, Gabriel. tit. de sententia, conclus. 9. Cagnol. in l. 2. nr. 68. C. de edendo, vbi expræssè reprobat Decium cōtrarium firmantem, Mandell. cons. 27. num. 3. & sequ. Alban. cons. 51. num. 6. & reliqui omnes in l. 4. S. condemnatum, ff. de re iudicata. quorum ratio præcipua illa est, quoniam censetur latam fuisse absque causæ cognitione, i. properandum, vbi Bart. S. si quidem, C. de iudi-
citijs, idem Bart. in l. 2. C. de edendo, & ibi Alexan. num. 8. & sequen. Cagnol. in l. quod iussit, nu. 6. ff. de re iudicata, & Felyn. qui articulum discutit, & de ma-
gna.

186 Jo:Aloysij Ricciij Episc.Viciequens.

gna corporis attestatur in
cap.Ecclesiaz Sanct. Mariæ
num. 17.de constitutionib.
& pluries fuisse per Rotam i
resolutum, refert Farinacc.
cons. 167.vol.2. signanter
in vna Turdeni spolij 17.
Maij 1596. coram Blanchet-
to, & in vna Bonon. 5.Iunij
1589. coram Platto, & in 3
vna Cortonen. bonorum
28.Iunij 1589.coram Plat-
to; & iterum in vna Maio-
ricen. officij 18. Februarij
1591.coram Gyptio, & ali-
bi scœpè.vbi enim sententia
nō iustificatur ex actis, no-
toriè constat de iniustitia, 6
Caputaquen.in decis. 120.
par.2. & Rota in vna Peru-
na separationis Thori 28.
Iunij 1589.coram Gyptio, 7
& scœpius in Rota fuisse re-
solutum testatur, Gabriel.
cons. 26.num. 5. & sequen.
4 vol.2.sententia autem no-
toriè iniusta, numquam
transit in iudicatum, Paris.
cons. 107. nu. 9. & sequen.
Cæphal. cons. 241. nu. 45.
& sequen. Vant.in tit.de
nullitatib' ex defectu pro-
cessus num. 1127.

S V M M A R I V M .

*Fundator potest in limine
fundationis apponere quæ-
libet conditionem.*

*Iurispatronatus non potest
fundari, absque consensu
Episcopi.*

*Episcopus an teneatur af-
sentiri cœditionibus con-
tra ius commune; &c n. 4.*

*Fundator non potest legem
apponere in limine fun-
dationis, ut in probatio-
ne Iurispatronatus non
adhibeatur forma S.C.T.
Patrum appositum in Iu-
repatronatus, quod Epis-
copus non se intromittat
est inualidum.*

*Episcopus potest visitare
hospitale, quamvis testa-
tor prohibuisset ne se Epis-
copus se intromitteret;*

A R G V M E N T V M .

*Fundator an possit legem appo-
nere in limine fundationis,
ut in probatione sui patro-
natus non adhibeatur for-
ma Concilij.*

R E-

RESOLVTIO CXXXX.

Vera, & indubitata est iuris conclusio, & ab omnibus recepta posse fundatorem in limine foundationis, quamlibet conditionem apponere, cap. religiosus, de testam. in 6. vbi glos. in verb. non habeat, Couar. Lambert. quos probat Rondiq. quest. regul. tom. 2. q. 12. art. 2. §. quantum ad tertium, Menoch. & alij, quos nouissime probo in mea prax. Iurisp. dec. 163. Molfes. in cons. 31. num. 12. & sequen. & fuisse per Rotam resolutum testatur, Seraph. in decis. 739. quo sit, vt presentatio nulla censeatur facta contra conditiones, vt testatur Rota diuersor. in decis. 582.

Hinc est etiam, quod licet Iuspatronatus, nec possideri, nec fundari possit sine consensu Episcopi, cap. 1. de regul. iur. in 6. cap. Ordinarij, de offic. Ordin. in 6. Abb. Felyn. & alij, quos probat Lambert. lib. 3. de

Iurepatron. part. 3. num. 3. qui eosensus satis est, si ante, vel postea interuenerit, re tamen integra, vt not. Abb. per illum tex. in cap. suggestum, de Iurepatron. post alios loan. Dilect. de arte testan. cautel. 67. nu. 2. cum sequen. vt omittam alios. Nihilominus valida est conditio apposita in fundatione cum consensu Ordinarij, quod absque Episcopi institutione Capellanus in articulo mortis nominet successorem, vt ex pluribus in Ciuitate Papie, consuluerunt Corestius, & Alberic. quorum cons. refert, & probat, & secundum illa decisum refert, Lamber. d. lib. 1. q. 9. art. 3. per totum, & sic refert iudicatum de Amatis in decis. Rot. Marchiae decis. 4. conferunt discussa, per Farinac. decis. 570. & alios quos cogerit, & diximus late in Prax. Iurispatr. decis. 133.

Accedit quod secundum aliquos tenetur Episcopus, vel alias Ordinarius assentiri praed. conditionib. tam-

N n quam

quam honestis, & iustis, si-
cet sint contra ius commu-
ne, vt est tex. notab. in cap.
nullus, de Iurepatronat. vbi
Abb. & omnes Canonist.
communiter, quos etiam
probat, Lambert. d. q. 9. nu.
50. & 82. vt alios omitta-
mus. omnes enim docent
hoc assumptum, adhoc ne
fideles remoueatur ab ædi-
ficandijs Ecclesijs, & ab ea-
rum dotationibus: quod es-
set Ecclesiæ magis damno-
rum, quam assentiri prædi-
ctis conditionibus ne Ordin-
arius se ingerat in preten-
tione, & sic de alijs.

Sed ex dispositione Sa-
crorum Canonum, vt pos-
sit Patronus in limine funda-
tionis apponere cōditiones
quacumque etiā con-
tra iuris communis dis-
positionem, dummodo non
sint contra naturam Iuris-
patronatus: nam accidente
consensu Ordinarij, ac di-
spensatione, admittuntur
conditiones prædictæ, tex.
est in quo mouentur ex re-
gula illa fundatoris volun-
tatem, vti Reginam atten-

dēdā esse, S. disponat Auth.
de nupt. Dec. cons. 101. &
Mercha. de success. creat.
§. 7. nu. 17. qui in specie
tenet posse Testatorem re-
linquere legatum alicui, &
præcipere, vt Episcopus, vel
Aeconomus Reuerendæ Fa-
bricæ S. Petri ad legatum
prædictum nullum ius ha-
beant, & quod si in tali le-
gatio se intromiserint quo-
modolibet, legatum sit nul-
lum, ac si factum non esset,
& hoc firmat nonnullis ar-
gumentis.

Contrariam tamen sen-
tentiam veriorem, ac in-
Praxi obseruandum cēsio; si quidē fundator nihil po-
test disponere contra statuta,
& sanctiones legum. idq;
probatur, nam testator non
non habet facultatem in
suo testamento derogandi
legum dispositioni, prout
voluit Iason. in l. nemo po-
test, ff. de legat. 1. & Abb. in
cap., requisisti de testamen.
& hac de causa ipse testa-
tor non potest facere, quod
actiones personales ex te-
stamento, quæ sunt perpe-
tuæ.

tua finiantur ipso iure ci-
teriori tempore, loco, vel
conditione, Iason. in dicta
lege nemo potest num. 8.
Præterea testator fundans 6
hospitale clausula adiecta
in suo testamento, ut Episcopus
illud visitare non
possit, iuxta dispositionem
Sacri Concilij Tridentini,
sess. 7. cap. fin. & per text. in
capit. tua nobis, de testam.
& ibi Couar. num. 6. & 8.
Rota decisi. 868. in antiquis
& ratio est, quia testator fa-
cere non potest, quin leges
in casibus suis locum suum
habent, ita voluit etiam 7
Nauar. cōs. 3. de relig. dom.
Zerola in Praxi Episcop. in
verbo Hospitale, versic. ad
secundum. vltierius testator
nō potest prohibere elapso,
anno quin exequutio de-
ueluatur ad Episcopū, qdō
non prouidet sibi de alio e-
sequutore in suo testame-
to, Ias. in I. fundum sub con-
ditione, §. stichum, ff. de
leg. 1. nu. 10. & confirmantur
dicta: nam sicuti testator
non potest prohibere
solemnitatem actus à iure

Civili requisitam in testa-
mentis, quia & contra le-
gem, vt voluit Vinc. de Fe-
rat. in decis. 429. ~~sententiam~~

Et mentionem faciendo
de Iurepatronatus pro cor-
roboratione videndus est,
Nouarius forens. quæst. 91.
lib. 1. nu. 2. vbi voluit quod
pactum appositum in fun-
datione Iurispatronatus, q
Episcopus non se intromittat,
non est validum ex illa
regula, quod nullus potest
facere, quin leges in actu
non habeat locum, vt apud
eum latius legi potest.

Prout à simili dicimus,
quod possit Episcopus visi-
tare Hospitale, quamvis te-
stator prohibuisset, ne se
Episcopus intromitteret, vt
docet Duardus in exposit.
Bull. Cœn. lib. 2. can. 15.
quæst. 7. num. 16. Vgol. de
potest. Episcop. cap. 24. §. 1.
num. 3. Rocher. de potest.
Ordin. in exemptos, par. 4.
quæst. 53. Zerola in Praxi
Episcop. par. 1. vers. Hospit.
num. 2. Mart. de Iur. patr. 4.
cent. 2. cas. 88. num. 14. &
cas. 113. num. 32. Fruscus

No 2 de

284. Io. Aloysij Riccij Episc. Viciequent.

de visitat. lib. 2. capit. 12.
num. 8.

Nec obstat dicere, quod voluntas testatoris sit seruanda, & quod ipsa voluntas sit lex in rebus suis, S. disponat, Auth. de Nupt. cū plenissime adducetis, per Nouarium in tract. de priuileg. miserabil. personar. priuileg. . . . Nam respondeatur id intelligendū iniustis, & nō ita iniustis: & ideo voluntas testatoris atten-
ditur circa ea, quæ depen-
dant ab eius sola volunta-
te, quæ non sint contra le-
ges, prout dixit Surdus de-
cis. 62. nu. 29. vbi habetur,
q̄ leges in testamento locū
habent non obstante con-
teraria testatoris voluntate;
vel dispositione; quam rem
ipsemet confirmat in decisi-
o 101. num. 5. His accedat, 6
quod testator per suam di-
spositionem auferre ius ac-
crescendi h̄credi vniuersali
minimè potest; & ratio to-
ta pendet ex eo, quia testa-
toris voluntas habetur pro
lege in licitis; secus in illi-
citis, ita Rota Romana in-

dec. 1. de testam. alias 333.
sic voluntas testatoris erit
seruanda, quando ei lex in-
contrarium non resistit, vt
voluit Bald. in l. precibus,
nu. 44. C. de impuber. sub-
stitution. & olim sic fuit de-
cīsum testatur Farinac. in
suis decīs. decīs. 460. in fine
part. 1. tomo 1.

S V M M A R I V M .

*Beneficia sub Regia protec-
tione sunt valde priuilegiata.*

*Hospitalia sub protec-
tione Regia non visitantur
ab Ordinarijs, sed vide
num. 3.*

*Rex non comprehenditur
sub generali sermone.*

*Generalis dispositio non
comprehēdit Cardinales.*

*Lex generalis nō compre-
hendit casus speciales.*

*Lex generaliter loquēs ge-
neraliter est intelligēda.*

A R G U M E N T U M .

*An in probatione Iurispatro-
natus erecti sub protectione
Regia*

Regia exigatur eadem forma probationis Concilij.

RESOLVTIO CXXXXI.

1. **V**idebatur prima consideratione negatiuè respondendum; si quidem vigore Concilij sess. 25. capit. 9. beneficia sub Regia protectione sunt valde priuilegiata, argumento text. & quod ibi cōmuniciter notatur in cap. ex parte, de priuilegijs, latè Seraphyn. in decil. 1000. part. 2. & propterea legem priuatam in eis non esse seruandam, capit. priuilegia 4. distinct. Inde Hospitalia sub protectione Regia nullo pacto in omnibus ab Episcopo visitari possunt, ut communiter notant ex Concilio, vbi supra, & latè per Barbos de potestate Episcopi allegat. 75. num. 16. par. 3. Piasegg. in Prax. Episcopali part. 2. cap. 3. art. 5. nu. 11. Azeued. tomo 5. lib. 8. tit. 14. lege 13. num. 9. Vgolin. de potestate Episcopi capit. 24. nu. 3. S. i. Diana de immu-

nitate Ecclesiastica q. 100. in princ. Marta de iurisdictione quæst. 79. Costa nouissimè in cons. 8. tom. 1. licet posse Episcopum in ijs visitare diuinum cultū, & ornamenta testatur, Diana, vbi supra num. 2. & seq. per text. in capit. 2. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, Pereira in tractatu de manu Regia part. 2. cap. 17. num. 12. Nouarius in suo Opusculo iur. Canon. noui sub rubrica de visitat.

4. Necnon pro comprobatione faciebat Reges tamquam personas eminentis, dignitatis, gradus, & cōditionis non venire sub generali sermone Cōcilij; nisi de illis specialis fiat, & expressa mentio, ex dictis per Sātarell. in lib. var. resolut. cap. 2. vbi personæ, quæ supereminentē habent qualitatem, & dignitatem, quales sunt Reges, nisi specialiter nominentur nō comprehenduntur sub speciali constitutione, allegat Io. And. in cap. 1. de scismatic. in 6. vbi generalis dispositio

7
cio nō comprehendit Car-
dinales , quæ enim speciali-
nota sunt digna,nisi specia-
liter exprimantur,ommissa
esse censemur, cap. quia pe-
niculo sum, de sententia ex-
communic. in 6. capit. per
inquisitionem de hæretic.
cod.lib.glos.in cap. 2. de
præbend.in 6. Paris.de resi-
gnat. benefic. lib. 12. qu. 4.
num. 5. Lex inquam gene-
raliter loquens non com-
prehendit casus speciales,
glos. in §. 1. Auth. de ha-
red. quæ ab intest. Gomez.
in cap. statutum nu. 47. de
rescript.in 6. Felyn.in cap.
1. colum. 7. de rescripto
in l. postquam lxi.
C. de pact. cum. que
plenissimè docuit. Nouar.
in sua Praxi & variat.
fori, quest. sect. 2. in ul-
tima impressione Neapoliti-
tana , vbi propterea funda-
uit , & rationabiliter Baro-
nem habetem priuilegium
derogatorium , quoad per-
sonas miserabiles , & quoad
personas Ecclesiasticas , qui-
bus de iure conceditur , ex
l. vnic. C. quando imperat

nō procedere, quod Epis-
copos, qui sunt in dignita-
te constituti.

Coeterum totum contra-
rium in hoc casu dicendum
est; quia cum Concilium
generaliter loquatur, & in-
distinctè censuit modum
probadi Iuspatronatus; ge-
neraliter est intelligendū ,
l. de pretio, ff. de publicana
in rem actione, & in l. gene-
raliter , ff. de legatis præ-
stans.

Tantò fortius nam argue-
do à maiori tate rationis, si
Conciliū cōprehendit po-
tentiores, & specialem pre-
visionem emanauit circa
probationem patronatum
supradictorum ; vt patet in
decis. Rotæ , apud Manti-
cam 89. Quanto magis idē
censendum sit in Regibus;
vti potentissimis.in simpli-
cibus enim Potentiaribus
qualitas Regalis , neque
coeteræ Regales dignitates
comprehenduntur, cap.fund-
amenta, §. vt ergo , & ibi
Geminian.& alij notant de
electione lib. 6. & probatur
expræssè in cap. 1. S. si quis
yero,

vero, & quod ibi communiter notatur de pace tenenda,& probat Lucas de pena in l.in sacris in fin. C.de proximis sacerd. scrib. lib. 12. Frez. de sub feudis lib. 2. in tit. quis dicatur, Comes. num. 40: & in 13. different.inter feuda titulata, & alia nobilia:& tamen ipsi sunt comprehensi in Concilio : ergo à fortiori ipsi Reges, qui vocantur dominii dominantium, ob supremam eorum iurisdictio-nem potentiam, & qualitatem, quæ in alijs potentibus non resurgent.

Tandem dicebatur pro opinione confirmanda, q. cū aliquid per legem statuitur ad tollendas fraudes, sub illa lege comprehenduntur Reges, vt notant Paris. de resignat.lib. 8.q. 8. nu. 146. & lib. 12. q. 4. nu. 6. Caputa quen.lib. 1. decif. 211. nā cū maiori autoritate, dignitate, & potētia polleat, decet eos à faudibus esse alienos, cap. cū quidam de iure iurant.& l. Presbyteri, C.de Episcop. & Cleric.

Deinde quando lex fertur, ob salutem animæ , comprehēdit etiam Potentissimos, puta Reges, vt afferit Io. Monacus loc.cit. Prēpositus in cap. non licet, in princ. dicti. at lex lata circa modum probandum Iuspatronatum est lata ob salutem animæ, ne scilicet in-tali probatione fraus com-mittatur, itē Reges astrin-guntur legibus Cancellarie, vt afferunt Belenc. tract.de charitatuo subsidio, q. 66. Sarnen.in proem. reg. Can-cell. q. 4. Felyn. in eap. ad aures, de rescriptis nu. 11. Selua de beneficijs, par. 3. q. 12. num. 6. Paris. de resig-nat. benefic. lib. 12. q. 4. n. 12. lib. 11. q. 4. n. 6. Gemini-an. in cap. 1. de schismat. in 6. col. 1. Butr. conf. 10. & tamen non sit in illis regu-lis specialis mentio d. Re-gibus. Præterea dignitas Regū nō debet extrahere Reges ab obligatione legū, quarum tāta est vis, vt oēs adstringat etiam ipsā Au-gustā, q. gaudet priuilegijs, quæ habet Princeps, l. fiscus S. finali,

S. finali, ff. de iure fisci, sub generali vinculo legum comprehēditur, l. Princeps ff. de legibus, nisi ipsa specialiter à lege excipiatur, l. penult. C. de donat. inter vir. & vxorem, l. benè à Zenone, C. de quatrien. prescript. Immò Imperatores, Reges, & Princeps supremi, & alij Legislatores suis legibus obligantur, illisque sunt subiecti, quod attinet ad vim dirigentem, ita ut peccent si illas trasgrediā-
gur, vt docent S. Thom. 1.
2. q. 97. ar. 5. ad 3. & ibi Ca-
jetan. Antonin. part. 3. tit.
17. S. 5. Vasquez 1. 2. disp.
167. cap. 3. num. 17. Syl.
verbo. lex q. 14. Sotus lib.
1. de Iustit. q. 6. ar. 7. Victor.
relectio. de potestat. ciuili
num. 21. Valentia tomo 2.
disp. 7. q. 5. punct. 4. col. 3.
versi, in contrarium, Couar.
in cap. Alma mater, par. 1.
S. 1. num. 4. & patet ex cap.
cum omnes, de cōstitutio-
nibus, & cap. iustum est, di-
stinct. 9. & l. 1. ff. quod quis-
que iuris, & l. digna, C. de
legib. ibi digna vox est Ma-

iestatē regnatis legibus ali-
legatum se Principem pro-
fateri, & instit. quibus mo-
dis testamētum infirmetur,
in fine, & l. ex imperfecto,
C. de testamentis, & l. cum
multa, C. de bonis, quæ li-
beris, quare qualitas, & ex-
cellētja Cardinalatus non
eximit illos ab obligatione
legum.

SV M M A R I V M .

Facti species.

1. *Iuspatronatus pbatur per scripturam priuatam cōsensu Episcopi roboretam.*

2. *Testes inhabiles consensu partium efficiuntur babilles num. 4.*

3. *Probatio semiplena effici-
tur plena ex cōsensu par-
tium.*

4. *Sentētia nulla efficitur va-
lida cōsensu partium.*

ARGUMENTVM.

*An scriptura priuata funda-
tionis Iurispatronatus acce-
dente cōsensu Episcopi, &
fundatoris dicatur autben-
tica*

*sicar ad effectum probandi
Iurispatronatus.*

RESOLVTIO CXXXXII.

SVpponatur pro veritate facti, quod de anno praesenti 1629. tempore quo, iuxta mentem S.C.T. operam dabamus visitationi nostræ Ecclesiæ Vicariæ, vbi non nullæ beneficia Iurispatronatus erecta reperiuntur; visitauimus quandâ Capellâ Iurispatronatus laicorum etiam hoc modo, nempe: Quod in scriptura priuata Fudator dicti Iurispatronatus, donabat donationis titulo irreuocabiliter inter viuos dictæ Capellæ, plura bona sufficiencia, verū in calce dictæ scripturæ priuatae interfuerat consensus Ordinarij nostri predecessoris, qui se subscriperat dicti scripturæ priuatae, scriptæ per tertiam personam, cum solito sigillo dicti Episcopi. quare fuit dubitatum pro parte Reueren. Procuratoris Fiscalis, si dictum beneficiū lu-

Iurispatronatus potuerat probari per prædictam scripturam, iuxta mentem Sacri Cœcilij Tridentini: & in dicta visitatione decreui Iurispatronatus fuisse probatum per dictam scripturam priuatam, quæ dum erat firmata, & corroborata consensu Ordinarij, erat pro authenticâ habenda; ea ratione, quoniam scripturæ priuatæ consensu partium factæ adhibetur plena fides, secundum dictum Io. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de teste, s. sc̄pē, in prima edit. vbi dixit, quod testes inhabiles possunt consensu partium validari, quod etiam voluit Ant. in cap. cum dilectus, in 12. col. vers. fin. autem testes, & ibi Imola de consuet. Anan. in cap. bonæ mem. de postul. prælat. versic. ex his apparent, Alex. conf. 122. vol. 2. & adhoc facit tex. & ibi Bald. in l. fin. infra de fideicommissione, vbi habetur q̄ cōsentiente aduersario quis potest esse testis in causa propria. & facit, quod inquit Innoc. in

Oo cap.

cap. causā de testam. quod attestations inualidæ pos- sunt ratificari cōsensu par- tium, sequuntur Salic. in l. si quis testi, in 1. col. infra de test. Roman. conf. 104. Alex. in Ltitia, in fin. ff. sol. matrim. prout etiam cor- robatur ex eo, quod fir- mat Roman. conf. 204. col.

5 2. semiplenam probationē effici plenā ex conuentio- ne partium, allegat Spec- cul. tit. de test. S. restat, vers. 24. & sic à simili sententia nulla potest consensu par- tium validari, ut valeat in- vim: pacti, glos. iuncta text. in l. 2. comm. vtriusq. Iudic.

SV M M A R I V M .

- 1 *Iuspatronatus acquiritur ex augumento dotis.*
- 2 *Regula reuocatoria Iuspa- tronatus cōprebēdit Ius Patrono cōcessum ex au- gumento dotis.*
- 3 *Iuspatronatus concessum à 40. annis citra Cōc. Trid. debet reuideri ab Ordina- riorū secus in eo q̄ fuit con- cessum à 40. annis antea.*

ARGUMENTVM.

Iuspatronatus conceſſū ex au- gumento dotis, si sit conceſſum quadraginta annis ante Conc. Trid. an fabiaceat ipſius Concilij diſpositioni.

RESOLVTIO CXXXXIIIE.

IN hac facti specie ha- bemus decisionem Ro- talem par. 1. decif. 4. nu. 2. per hæc verba. Cum igitur constet de Iure patronatus laicorum, resignatio facta in fauorem Marciij non po- test subſtinere. Et conſequen- ter ius remanerit pœnes reſi- gnantem, & intrat praſen- tatio facta uti de Canonica- tu vacante per obiectum il- lius. Nec obſtat, quod regula Adriani reuocatoria Iuris- patron. comprehendat etiam Iuspatronat. de quo agitur ex augumento dotis conceſſum, quia in bac cauſa pro- ducta fuit gratia Paul. 3. in qua hoc Iuspatr. inualidatur non obſtantे deroga- gatione dicta regule Adri- ni,

ni, quæ revalidatio reducit
rem ad pristinum statum.
Nec dici potest huiusmodi
Ius patron. subiacere subro-
gationi Concilij Trid. sess.
3. 25. cap. 9. quia, ut *Sacra*
Congregatio declarauit in
dicto capit. 2. subiiciuntur
examini, & revisioni Ordinarij
Patronatus concessi
à 40. annis citra: illi vero,
qui ante 40. annos concessi
fuerunt ex eo Concilij De-
creto reuideri ab Ordinario
non possint. unde cum huius-
modi Ius patronatus fuerit 1
reservatum de anno 1518.
& sic ante 40. annos à die
publicationis Concilij, non 3
intrat Decretum Concilij,
nec attendi debet tempus re-
validationis Pauli III. quia
ut dictum est per revalida- 4
tionem res fuit reducta ad
pristinum statum, perinde,
ac si regula Adriani non
emanasset. Præterea ut cun- 5
que sit, dato etiam, quod re-
uideri possit, tamen Domini
non admittebantstantibus
supradictis, quā diu tamen
non reuidetur, & iudicatum

fuerit Ecclesiæ damnum,
hoc *Ius patronatus est in sta-*
tu validitatis, præsertim
cum patroni sint in quasi
possessione præsentādi ad di-
cētos Canonicatus, & in spe-
cie ad Canonicatum, de quo
agitur præsentauerint præ-
fatum Matthæum, per cuius
obitum nunc vacat, ad tra-
dit in cap. consultationibus
de Iurepatr.

S V M M A R I V M .

Narratiua facta à Papa
non probat, & vide ratio-
nen, num. 2.

Papa nominans aliquem
sub titulo dignitatis, non
videtur illi dignitatem
conferre.

Exemptio Ecclesiæ nō pro-
batur ex sententia Papæ
principaliter ad id non
facta.

Papa si cōcedat alicui Pro-
posituram, tanquam pro
prima dignitate, non per
hoc illa censebitur prima
dignitas.

ARGUMENTVM.

*Iuspatronatus an bodie ex vi
Concilij probetur per narratiua
Patronatus factam à
Papa super impositione pen-
sionis super eodē Patronatu.*

RESOLVTIO CXXXXIV.

Respondetur minime probari, quia narratiua, licet sit facta à Papa, non probat, quia super ea non fundat suam intentionem, capit. si Papa, de priuileg. in 6. Clem. de probat. vbi Card. num. 8. & Imol. num. 6. At quanto magis cum sit factum alienum; ex quo narratiua præsumitur emanata ad petitionē partis, Rota per eundem Cancucc. decis. 154. nu. 5. lib. 2. diuersor. Immò vt ibi n. 4. quādo etiam Papa fundasset suam intentionem in narratiua; non probarer, cū ad instantiam partis procedat: quod maxime procedit in Iurepatronatu, quia narratiua omnino est pro-

banda, vt per Aldobran. dec. 531. in princip. decreuit Rota lib. 1. diuers. & fortius cum huiusmodi narratiua fuerit causa cōcessionis, vt in decif. 268. num. 4. vt per eundem Aldobran. eodem lib. 1. narratiuae enim Principis non statut, quando narrata tangunt interesse partis, Caputaq. decif. 337. num. 5. 3. vol.

Et quod per prædicta non sit probatum Iuspatronatus, multis iuribus, & rationibus fundatur.

Et primò per text. in Clem. si Summus Pontifex de sententia excomm. in 2. part. vbi si Papa aliquem sub tit. dignitatis cuiuslibet etiam ex certa scientia, verbo, constitutione, vel litteris nominet, vel honoret, aut tractet; non videtur ei illam dignitatem conferre, nec nouum ius tribuere, & hoc ipsum notant omnes DD.

Secundo per text. in cap. si Papa, de priuilegijs in 6. vbi si Papa in aliquo priuilegio, & scriptura non facta prin-

principaliiter sup donatio-
ne, vel sententia exceptionis,
seu libertatis Ecclesiasticæ
narret aliquam Ecclesiam
4 ad ius, seu proprietatem Ro-
manæ Ecclesiæ pertinere;
non probatur illius Eccle-
siæ exemptio, nisi aliter do-
ceatur; ut hoc notant ibi-
dem DD.

Tertiò text. in Clem. li-
teris, de probat. à contrario
sensu, vbi creditur literis
Papæ narrantis aliquem
esse familiarem suum, si in-
tentionis sua in eis fundatur;
ergo secus quando intentionis
non fundatur. quod etiam
tradunt, glos. ibi, & in dicta
Clem. si Papa, vbi Zabarel-
la in 4. oppos. glos. in dicto
capit. si Papa in vers. narret
Crauett. de antiquit. temp.
par. 1. vers. propositum, nu.
15. Corsetus in tract. de
potestate Regis, quest. 85.
Mazzolus quest. 99. nu. 20.
libr. 1. Rebuff. super con-
cord. tit. de subla. cler. li-
ter. pagina 743. vers. tamen
ex narratis per Papam. &
in materia hac nostra vni-
onis, & incorporationis opti-

mè loquens, idem Rebuff.
quest. 148. num. 8.

Quartò facit tex. cum
glosa in capit. hæc quippe
3. quest. 6. vbi Papa dicit
hæc verba. Ipse .n. est Me-
tropolitanus tuus, omnesq;
Episcopi Regni suffraganei
eius sunt. & tamen glos. di-
cit, quod nisi aliter docea-
tur; talia verba non probant
illum fuisse Metropolitanū.
huc textum allegat ad pro-
positum, Calder. q. 2. tit. de
privileg. & Oldrad. d. cons.
258. num. 3. col. 2. vers. &
hoc etiam, citas adhuc Ar-
chidiaconum, & hunc tex.
ponderat nouissimè Decianus
cons. 50. num. 2. vers. sic.
quin immò pro hac respon-
sione vol. 4.

Quintò allegatur cons.
Aret. 23. col. 4. in 2. dubio,
vbi concludit, quod si Papa
concedit alicui Propositu-
ram aliquam, tanquam pro
prima dignitate; quod non
per hoc censemur probata
illa prima dignitas: quia
sunt verba enunciatiua emis-
sa propter aliud, & funda-
mentum concessionis stat

in vacatione, & non in prima dignitate, per multa, quæ allegat, & signanter tex. in dicta Clem. literis, dicto cap. si Papa, & Clem. si Summus Pontifex, cum alijs recollectis per Nouarium in tractat de priuileg. miserabil. personarum, priuileg. 13. vbi multa de enunciatiuis verbis.

SV M M A R I V M .

- 1 *Sententia anse Concilium non probat Iuspatronat.*
- 2 *Iuspatronatus debet probari ad formam Concilij.*

ARGUMENTVM.

An sententia Canonizat. rie Patronatuū ante Concilium late, probens illud hodie.

RESOLVTIO CXXXXV.

- 1 **D**E sententijs latis cū causæ cognitione post Concilium, quod probent Iuspatronatus non dubitatur, vt latissimè per Gratian. disceptat. forens.

quest. 310. vbi præsertim hoc procedere afferit quoties est auditus Fiscus, & est pulchra decis. Rot. 567. par. 4. diuersorum: dubium tamen est, quid si reperiatur duæ sententiæ ante tamem Concilium latæ, an prodeßent hodie, & Brilezonus in cons. 147. nu. 28. tebet non sufficere, per infra scripta verba. Ad ultimum respondeo, quod illæ sententiæ ante Concilium non sufficiunt ad satisfaciendum Concilio, quia post dictum Concilium oportet, quod Iuspatronatus verificetur, & ita Sacra Congregatio statuit dicens, quod si post Concilium Ordinarius admittat præsentatum adhibita causæ cognitione; Patronus non debet repelliri à sua quasi possessione præstadi: secus autem si simpliciter absq; causæ cognitione præsætatio fuisset admissa. Addens q; causæ cognitio est adhibenda in probando Iuspatronatus ad formam à Concilio traditam: unde fit quod non attenditur, quod antec

ante Conciliū fuerit actū ;
quia postea oportet docē- RESOLVTIO CXXXXVI.
re de vero iure .

SVMMARIVM.

*Clausula sī, & quatenus
nihil ponit in esse, & cen-
setur admissa, si de iure
esset admittenda, num. 2.
& num. 4.*

3 *Quasi possessio præsentan-
di non inducit ex dicta
clausula.*

5 *Iudex admittens clausu-
lam, si & in quantum, in
casu quo admittere ne-
quiret, decretum est nul-
lum.*

6 *Io. Maria Nouarius I. C.
Lucanus laudatur.*

ARGUMENTVM.

*An ex multiplicatis præsen-
tationibus admissis, cum clau-
sula (si & quatenus) pro-
betur Iuspatronatus ex vi
Conciliij.*

VT scipiis ex Conci-
lio diximus, celsāte
authentico documēto fun-
dationis, & dotationis; pro-
bari Iuspatronatum ex mul-
tiplicatis præsentationibus
infra tēpus immemorabile.
quare fuit corā me in qua-
dā causa mihi à Sede Apo-
stolica delegata dubitatū,
an si reperirentur tres, aut
quatuor præsentationes ad-
missæ, cū clausula (si & qua-
tenus) præfatæ præséta-
tiones prosint, ad effectum ve-
rificādi Iuspatronatus vir-
tute Conciliij. & censi mi-
nimè probatum fuisse ex
pluribus.

- 1 Tum primo quoniā præ-
fata clausula, vt conditio-
nem inducens, nihil ponit
in esse, argumēto, tex. in l.
itaque, vbi DD. ff. si certum
petatur: & præsentatio cum
præfatæ clausula censem
admissa, si de iure admitti
debuit, & constituit in qua-
si possessione præsentandi,
Seraph. decisi. 499. num. 2.
& fuit

& fuit dictum in Florentina Parochialis, seu Iurispatronatus 28. Maij 1599. coram Iusto. huiusmodi enim admissio cum clausula, si & quatenus, importat admissionem quatenus de iure sit locus admissioni, & reiectionem quatenus de iure sit admittenda, Menoch. cons. 174. nu. 34. Hondoned. cons. 22. num. 12. lib. 2. Marta de claus.par. 1. claus. 361. num. 4. vbi plura de effectu huiusmodi clausulae si & in quantum.

3 Nec ex supradictis presentationibus cū supradicta clausula admissis inducitur quasi possessio presentandi, vt per Ludouis. in dec. 417. vbi nu. 3. voluit huiusmodi presentationem nihil suffragari, donec de viribus patronatus alio modo constet, allegat Capitaquen. in decis. 129. parte 2.

4 Hæc enim clausula, vt supra diximus, importat admissionem in his, quæ sunt admittēda, Bald. in L edita, nu. 98. C. de cdēdo, Franch. in cap. sōpē num. 5. de ap-

pell. Felyn. in cap. cum cōtingat, nu. 12. & 13. de officio de legat. Roti. conf. 501. num. 4. & seq. Soccy. iun. conf. 18. num. 14. & 15. lib. 1. & fuit dictum in Valentina Iurispatronatus de Consentanijo 30. Ianuarij 1581. coram Seraphino, vt in decis. 687. num. 2. par. 1. diuersorum, Maranta de ordin. Iudic. par. 5. §. appellatio num. 200.

Item hæc clausula operatur, vt si Iudex illam admittere nō posset, decretum est nullum ipso iure, quia intelligitur de præsent. : unde si Iudex, qui illam apposuit, decretum facere non poterat, est nullum, & p̄tē petuò de nullitate dici potest, etiā coram quocunq; Iudice incidenter, Bart. in l. ambitiosa, nu. 32. ff. de decretis ab ordin. faciendis, & ad illum Addentes plurimum congerunt.

Tum denique, quia præfatæ presentationes nō poterunt nuncupari effectū sortitę, iuxta decis. Verall. 3. par. 2. & propterea non secun-

secundum dispositionem situm in potentioribus, pro-
Concilij, prout ita rāquam
Aduocatus in hac causa betur.
coram me concludebat Io. RESOLVTIO CXXXXVII.
Maria Nouarius I. C. Lu-
canus.

SVMMARIVM.

- 1 Rex quare dicatur potens,
& quare Baro num. 2.
- 3 Numerofitas familiæ, an faciat illam potentem,
& quid si adfint diuisiæ, num. 4.
- 5 Amicitia cum paupere non procuratur.
- 6 Patrimonium dicitur altera vita hominis.
- 7 Pecunia dicitur bellum neruus.
- 8 Temporalis posensia venatur.

ARGUMENTVM.

Numerofitas hominum aliquius familie, an efficiat illam de potentioribus, ad effectū, ut eorū Iuspatronatus, iuxta Concilij Tridetini requiri-

IN causa probationis Iurispatronatus mihi à Se de Apostolica delegata, cū tractaretur de probanda qualitate potentiae, seu familiam esse de potentioribus, ad effectum verificandi Iuspatronatus eiusdem, iuxta formam traditam à Concilio. dicebatur numerositatem hominum in familia operari illam familiam esse de potentioribus: si quidem Rex dicitur magis potens propter numerositatem militum sub se pugnantium, vt voluit Bald. in cons. 29. nu. 3. vol... & quilibet Princeps dicitur potens ob suapradictam qualitatē, vt notant communiter omnes in cap. omnis anima, de censibus, & in cap. omnes Principes, de maiestate, & obedientia. quo fit, vt propterea Baro dicitur potens ad effectum probandi eius Patrona-
Pp

tronatum , iuxta formam
Concilij, vt censuit Rota,
apud Manticum in dec. 89.

Contrariam sententiam
tenuit Rota, numerositatē,

3 scilicet non efficere familiā
potentem, vt fuit dictum in
vna Lucana Iurispatronat.
20. Nouembris 1622. co-
ram Illustrissimo Coccino
viro eminentissimo, & raræ
virtutis.

4 Crederem tamen nume-
rositatē familiā iuncta
maxima quantitate pecu-
niarum operari vt familia
dicitur potens ad effectum
probādi Iuspatronatus vir-
tute Concilij; & ratio quia
pecunia omnia vincit, & vt
inquit Iacobus de Sanaza-
rio, & genus, & virtus, nisi
cum re vilior alaga est . Et
teste Horatio , Sapientia si-
ne diuinijs, vbique est vili-
pensa , iuxta illud eiusdem
Horatijs ipse licet venias ,
musis comitatus Homeris;
si nihil attuleris ibis Ho-
mere foras . Et alibi ait: in
pretio , pretium nunc est ,
dat censuſ honores: censuſ
amicitiās, paupēr vbique

iacet . Et alibi etiam ait, &
genus, & virtutem, Regina
pecunia donat , Ouidius e-
tiam, ingenium scientiamq;
sine diuinijs hodie, nihil fie-
ri palā testatur , dum dicit,
ingenium quondam fuerat
preciosius auro: aut nunc
Barbaria est grandis habe-
re nihil , vt optimè refert
Antonius Cordou. de Lara
in d.l, si quis à liberis, §. lo-
lent, num. 5. o. Nec reperies
qui velit amicitiam cum
paupere coire , iuxta illud
vulgare , cum fueris foelix ,
multos numerabis amicos:
tempora si fuerint nubila
solus eris : pulchrè relatum
per Matieno in Dialog.re-
lat. 3. part. capit. 22. num.
15. Lara in d. l. si quis à li-
beris , in §. parens, nu. 25.
in fi. Et iā in matrimonijis,
& in omnibus ferè, quæ per
tractātur negotijis, protinus
ad censum fit quæſtio , vt
late videre est apud Tira-
quel in l. si vnquam , verbo
ſaculſorem, & in tract. de
nobilit. cap. 3. Lancell. Gal-
lia in consuet. Alexand. in
glos. vigintis q. 8. num. 129.

Noua-

Nouarius in Praxi elect. & variat. foro quæst. 16. nu. 7. sect. 1. vbi etiam dicit hodie dolendū esse, quia esuriunt docti, contemniturq; sc̄ientia, omnia pretio comparantur, iuxta illud, aurū omnes victa iam pietate colunt; auro pulsa fides, auro venalia iura, aurum lex sequitur, mox sine lege pudor, & ex Ouidio, ut refert Cornel. Benincas. de priuile. paupert. quæst. 4. nu. 1. Curia pauperibus clausa est, dat census honores inde grauis Iudex, inde seuerus eques. ad quod etiam illud vulgare facit traditū à Paulo Fusc. de visit. lib. 1. cap. 32. num. 2. nummus honoratur, sine nummis nullus amatur; nūmus, vbi loquitur Tullius ipse tacet; quisquis habet nummos secura nauiget aura, fortunamque suo temperet arbitrio.

Ex quibus idem Nouarius loco citat. num. 10. affirmat veriorem videri sententiam glof. penult. in l. aduocati, C. de aduoc. diuer. iudic. quatcenus probat pa-

trimonium esse alteram vitam hominibus, quam sequitur Tiraqu. in l. si vñquā verbo facultatum n. 1. in fine, Couar. in 4. 2. par. cap. 3. S. 1. num. 18. Gigas cons. 32. nu. 36. Immo pecunia dicitur anima hominis ex Hesiodi carmine, pecunia, est anima miseris mortali bus, & tradit Cælius lib. 4. antiqu. lection. cap. 2. Rorisius decis. 3. Lituan. ex nu. 318. vol. 1. Et concinit illud Ouid. munera crede mihi placant hominesque, Deosq; placatur donis Iupiter ipse datis: & illud Virgil. qd nō mortalia pectora cogis auri sacra fames. Ideo que Philipp⁹ Macedo Magni, Alexandri Genitor dicebat oīa expugnari Castella posse, in quæ onustus auro asellus posset ascendere. Diuitiarum si quidem Cupido, & amor multorum animos, adeoq; vehementer secum trahit, vt pro illarum tutela homines nullum prætermittat laborem, nihilque intentatum relinquant, etiam si pro illarum

Pp 2 con-

cōseruatione oporteat periculo se exponere mortis, vt tradit Petr. de Aragon. 22. quæst. 11. art. 3. pag. 245. 7 vers. diuitiarum; & aurum rumpit fores adamantinas, Alexand. Sbiaticus in practica iudic. cap. 24. nu. 22. & pecunia dicitur etiam secundus sanguis, Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 2. cas. 110. nu. 6. Tiraq. in cap.

7 31. nu. 365. dicitur etiā belli neruus, ex Corras. lib. 2. Miscel. cap. 23. num. 9. est etiā optimus fideiussor futuræ necessitatis, ex Neuizan. in Syl. nuptia, lib. 2. num. 96. in princip. & homines paupertate vilescūt, & Simanc. Cath. instit. cap. 45. nu. 29. Tiraqu. de nobilit. cap. 25. & vt dicit Iuuen. nihil habet infelix pauperas durius in se, quam quod ridiculous homines facit, quod refert Port. in §. 1. institut. quibus ex caus. manumit. non licet num. 3. in fine, & pauperes sc̄pius à cunctis despiciuntur, & malè audiuntur, ex Roland. conf. 49. volum. 2. nu. 1. cap. pauper. 11. q. 3.

& diuites præferuntur cœteris, vt tradit Chassan. Catalog. glor. mund. 11. part. consid. 27. Immò plus venerantur homines in hoc sæculo pro temporali potentia, quam pro reuerentia Sanctitatis, ex Isidior. lib. 3. de Summo bono cap. 63.

S V M M A R I V M .

Prouisiones Apostolicæ non mutant statum beneficij, nec præiudicant illi, qui stat in possessionem nu. 2.

A R G U M E N T U M .

Multiplicatæ prouisiones Apostolicæ in beneficij Patronatus, existente antiquitate temporis an probet hodie Ius patronatus.

R E S O L V T I O C X X X X I I I .

Pro opinione affirmativa est concludendum, ex illa communi cōclusione sc̄pius recepta à Rota Romana, quod prouisiones Apostolicæ nō mutant statum

tum beneficij, Bellamer. decif. 107. Achil. de Grass. decif. 1. de statu benefic. Rota diuers. decif. 568. n. 2. par. 4. & ante eos, Butr. in cap. porrecta, num. 2. vers. & ita dicit Paul. de confirm. vtil. vel inutil. Calder. conf. 26. in fin. de præbend. quos refert Mariscot. variar. resol. lib. 1. cap. 55. num. 18. ubi voluit collationes Apostolicaſ non mutare statum.

2 beneficij, nec inferte exiſtentij in quasi poſſeſſione præjudicium, ex Lambert. de Iur. patronat. lib. 3. q. 7. in princip. artic. 7. num. 6. qui ſcribit prouisionē Apoſtolicam non impedire Iuſpatronatus, nec quaſi poſſeſſionem illius etiā illi derogādo, vt late per Felyn. in tract. quando litera A. poſtolicæ, & per Dec. conf. 126. sub num. 4.

S V M M A R I V M .

- 1 Clauſula, ut afferit, reſer- tur ad impetrantem, qui tenetur iuſtificare.
- 2 Narratiua non dicitur eſ-

ſe partis per clauſulam,
ut afferit.

*Impetrans narrans alter-
natiuē ſufficieſe veriſificet
alterum.*

A R G U M E N T U M .

*An exigatur forma Concilij ip-
probatione Patronatus, ſta-
te clauſula, ut afferit.*

R E S O L V T I O C X X X X I X .

VAlde differunt in ma- teria probationis Iuſpatronatus, quod in pro- batione inſeratur clauſula (ut afferit) & ut (afferit) nam clauſula, ut afferit, re- fertur ad impetrantem, qui tenetur iuſtificare aſſerta; ſecus in clauſula, ut afferit, Rota in decif. 60. & 77. de reſcriptis, in antiquis, Dec. in cap. iurauit, num. 1. de probationibus, Caſſad. decif. 4. num. 1. eod. tit. & decif. 7. de Iur. patronatus, Caſſad. conf. 69. num. 7. Gig. conf. 48. num. 40. & ita vo- luit Rota in cauſa Salamā- tina pensionis. 23. Ianuarij.

1574. vt apud Grass. decis. 6 Iuspatronatus qualiter di-
3. & 4. de probat. satur odiosum.

2 Taliter quod per clausu-
lam, vt assurit, narrativa
non dicitur esse partis, Ro-
ta decis. 691. num. 6. par. 2.
in recētioribus, & per eam
nihil includitur, Seraphyn.
decis. 388. Gonzales in re-
gul. 8. Cancell. glos. 32. nu.
12. & 14.

3 Verum si impetrans lo-
quatur alternatiū, vt pūta,
vt assuris de Iurepatronatus
laicorum, vel clericorum;
sufficit, quod alterū sit ve-
rum, vt non teneatur aliud
justificare, Cassador. decis.
4. num. 10. de probat. de-
cis. 7. num. 9. de laicorum.

S V M M A M .

- 1 Beneficia in dubio præsu-
misur liberum
- 2 Ecclesia de iure libera præ-
sumitur.
- 3 Iuspatronatus nuncupatur
ſeruicus.
- 4 Iura pro libertate be-
cij sunt attendenda
- 5 Beneficia in dubio cenſen-
tur collatiua.

A R G U M E N T U M .

*Cur Sacrum Concilium sanc-
uit in probatione Patrona-
tu[m] adhiberi tot, tantasq[ue];
sollemnitates.*

R E S O L V T I O C X X X X I X .

M Eo quidem iudicio
puto rationem esse
ob id, quod beneficium in
dubio præsumitur liberum,
& sic liberæ collationis: nō
autem de Iurepatronatus,
vt originaliter voluit, Inno-
c. in cap. cū venerabili, nu. 9.
de exceptionibus, Dec. in
cons. 17. nu. 1. & in cons. 722.
vol. 2. & vbi agitur de exi-
stentia Iurispatronatus, cō-
tra prouisam ab Ordinario
requiruntur probationes cō-
2 cludentes, cum Ecclesia de
iure libera præsumatur, In-
noc. vbi supra Arch. in cap.
nullas, num. 316. quæst. 7.
Dec. cons. 21. num. 6. cum
innumeris adductis, p Me-
noch. de præsumptionibus
lib. 3.

- lib. 3. præsumpt. 90. num. 1. vnde Caualer. in decif. 33. num. 4. ex mente Rotæ voluit in dubio beneficium præsumi exemptū ab omnione, vt pariter fuit dictū in vna Conchen. beneficij 5 30. Martij 1582. coram Læcellotto, & Iuspatronatus 3 nuncupatur seruitus, vt per Bald. in conf. 26. Alex. in conf. 16. vol. 1. & propterea qui prætendit beneficium esse de Iurepatronatus, debet hanç seruitutem plenissime, prout Sacrum Concilium præcipit probare. Cassad. in decif. 1. nu. 1. de dilationibus, Puteus in decif. 186. par. 1. & Caualer. in decif. 597. num. 4. & facit quod voluit idem Caualer. in decif. 236. nu. 4. in fine; beneficia adeo omnia præsumi libera, & non patronata, vt iora pro libertate magis esse attendenda, dixit Rota in vna Vicen. beneficij 25. Februarij 1600. corā Pamphilio. Hinc provenit, vt magis credatur testibus deponentibus pro libertate beneficij, quam pa-
- tronatu, vt voluit Coccin. in decif. 180. & ratio est secundum eum quoniam eorum depositio est consonis dispositioni iuris communis, ex quo beneficia in dubio præsumuntur collatiua, Arell. in conf. 44. in fine, Gabriel. de testibus conclus. num. 23. vers. 3. inferitur, & sicut plures per Rotam resoluti propter tim in vna Parmen. Prioratus 24. Aprilis 1600. corā Pegna, & in causa teraccina 27. Nouembris 1602. corā Ludouisio, deinde Gregorio XV. Pontifice optimo maximo.
- Secunda reddi potest ratio, quia Iuspatronatus est odiosum, & propterea contra eum iudicandum est in dubio, vt voluit Curtius senior in conf. 23. nu. 6. licet secundum Seraphin. in decif. 1353. debet intelligi, vt sit onerosum respectu Ecclesie super qua est, at lecū respectu yniuersalis Ecclesie, vt scilicet Ecclesiæ edificantur, ex late adductis à Lambertin. lib. 1. par. 1. q. 1. art. 4.

art.4.nu.3. Calder. conf.4.
in fine de Iurepatronatus ,
& fuit per Rotam s̄epissimè
resolutum , & signanter in
Cremoren.Iurisp. 18.Maij
1577. coram Robusterio.

S V M M A R I V M .

- 1 Facti series,**
- 2 Homines facinorosi , qui 2**
dicantur .
- 3 Familia nō dicitur potens ,**
vbi in ea existunt homi-
nēs facinorosi .

A R G U M E N T U M .

*An familia dicatur potens si
 in ea existant homines faci-
 norosi , ad effectū , ut requi-
 ratur maior probatio .*

R E S O L V T I O C X X X X I X .

¶ A nnis elapsis, tempore
 quo Bariū , deuotio-
 nis causa visitandi corpus
 Sācti Nicolaij, iter egi ; ter-
 tia ab hinc dieta accesi ad
 Venerabile Monasteriū S.
 Laurētij della Padula, quo

in loco præterat. Reu. bone
 mem. Pater Don Damia-
 nus de Nouario : quæsitus
 fui à quodā Presbytero il-
 lius regionis, ad instantiam
 dicti D. Damiani , si iuxta
 mentem Sacri Cōcilij Tri-
 dentini , poterat dici fami-
 lia de Sciarra potens; ex eo,
 quod in ea , reperiebantur
 quasi omnes bellicosi , & fa-
 cinorosi . Et quamuis pri-
 ma facie videbatur dicen-
 dū huiusmodi homines fa-
 cinorosos , & bellicosos , præ-
 fertim solitos reducere mi-
 nias ad effectū , potuisse ap-
 pellari potentes , cum po-
 tentia non solum consistat
 in pecunijs , & numerosita-
 te familie; sed etiam , in fa-
 milia , quę facit se existima-
 ri , siue per merita , siue ob
 vim . Tamen Rota aliter sē-
 tijt , nempe familiam non
 dici potentem ex eo solum ,
 q̄ in ea existant personæ fa-
 cinorosæ , & bellicosæ , vt
 fuit dictū in vna Lucan. Iu-
 rispatr. de podijs 5. Martij
 1621. corā III.D.meo Coc-
 cino Rotæ Decano meritiss.

D E

DE PROBATIONE pertinentiae Iurispatronatus,

Juxta mentem Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

- 1 Pertinentia quid sit.
- 2 Pertinentia soles aliquibus competere.

ARGUMENTVM.

Quid sit pertinentia, & quibus ex causis illa gravatur.

RESOLVTIO CLX.

REspondeo, quod pertinentia nil atiudek, nisi acquisitio quedam Iurisprudentiū quibusdam competens iusto, & legitimo titulo, ut probatur in cap. cū Bertoldus, & quod ibi communiter noramus, de sententia, & re iudicata, quæ pertinentia solet ad aliquos spectare ex quinque capitibus.

Primo ratione descendentiæ quoties Iuspatronatus erigitur simpliciter.

Secundo ratione hereditatis.

Tertio ratione donationis.

Quarto ratione existentiae, quasi possessionis.

Et quinto ratione, tituli vniuersalis.

SVMMARIVM.

Patronus non tenetur probare descendentiæ à primo fundatore.

Descendentiæ præsumitur deuenire à patronis, eo ipso quod quis est in possessione præsentandi.

Refertur de his. Ludouisijs, olim Sanctissimi.

Q. q

A. R.

ARGUMENTVM.

*An descendētia sit probanda
à primo fundatore, vel ab
eo; qui reperitur in possesso-
ne præsentandi.*

RESOLVTIO CLI.

- 1 **Q**uod patronus nou-
teneatur probare
descendētiā à primo fun-
datore, sed sufficiat tū pro-
bare deſcendētiā ab eo,
qui fuit in quaſi poffeffione
præſentandi, dicit Rot. de-
cīſ. 146. nu. 1. & decīſ. 224.
nu. 8. par. 1. in recent. &
in Firmanā Iurispatronatus
33. Maij 1611. coram Car-
dinali Lancelloto, & in
Romana Iurispatronatus,
ſeu beneficiatus 9. Decem-
bris 1619. coram R. P. D.
Vibando. ſicut eiusmilde,
qui eſt in quaſi poffeffione
2 præſentandi, non teneatur
probare ſuam descenden-
tiā; quia eo ipſo quod eſt
in poffeffione præſentandi
pſuuntur deſcendere à pa-
tronis, Seraph. decīſ. 1334.
- in fin. Rot. decīſ. 224. nu. 9.
in fin. & 347. num. 1. par. 1.
in recent. vbi dicuntur fuſſe
alias resolutum; & iuxta
hanc opinionem fuit per
Rotam resolutum in una
Nicen. beneficij 16. Ianua-
rij 1608. coram Ludou-
fio, cuius tenor eſt. *Actum
fuit ſtrictē ſuper descenden-
tia Hieronymi, que perſen-
tauit Franciſcum, iuxta or-
dinem datum die 2. Iunij
1606. quando fuit hæc cau-
ſa p̄repoſita, & Franciſco
tantum informante fuit re-
ſolutum conſtare de deſcen-
tia: probatum enim fuit
eum deſcendere ab Iſabelli
de Vileſſes, que ultimo loco
fuit in quaſi poffeffione præ-
ſentandi, quod ſufficit iux-
ta traditio per Etotin. de pri-
mogenitis. Itiſpan. lib. 3. cap.
7. numer. 7. Horat. Rot. in
cauſa Balien. archipreſ. ig-
neatus 28. Februarij 1602.
coram Illuſtriffimo Cardin.
Pampilio; conſtat autem
de quaſi poffeffione Iſabelli
præſentandi, non ſolam
et prieſtatione quam fecit
de anno 1304. de Ianne-*

Bom-

Bombasso, mediante persona eius mariti, & Procuratoris; sed etiam ex consensibus praestititis duabus presentationibus eiusdem beneficij in manibus Ordinarij, qui habent vim presentationis, & constituant in quasi possessione praesentandi, Abb. conf. 54. nu. 1. in si. & seq. par. 1. Put. decis. 310. lib. 2. Crescent. decis. 2. de Iurepatr. fuit dictum in una Alatrina Capellaniæ 27. Junij 1586. coram Bubalo, & saepissime in alijs, quæ presentationes, & consensus sortitæ fuerūt effectum partim per obitum, & partim per resignationē presentatorum iux. consil. Old. 229. lib. . . . quod habere locum etiam in resignationibus fuit resolutum in Papinien. Archipresbyteratus 19. Februarij 1601. coram Illustrissimo Card. Pamphilio, & in alijs pluribus. ex Isabellæ autē ortus fuit Petrus, & probatur ex testamento ipius Isabellæ, in quo illum filium nominat, & heredem instituit, qui Petrus pariter locutus, vni-

filium instituit, & Ioannes Hieronymam filiam in suo testamento heredem fecit. Ista autem nominatio iuncta cum institutione, filiationi multum appropriata, descenditiam plenè probat, Bal. in cap. ex transmissa, sub num. 4. ubi etiam Butr. nu. 10. Præpos. num. 9. in sibi. de restit. spol. Gonzad. conf. 13. nu. 7. Paris. conf. 29. nu. 10. lib. 2. & fuit multoties resolutum, & signanter in Commen. Capellaniæ 27. Ianuarij 1593. coram R. P. D. meo Decano, & in Urbe Venetana fidei commissi 13. Novembris 1603. coram Illustrissimo Cardin. Pamphilio, & iuxta hanc opinionē tener quoq; Nouarius in conclus. 2. num. 15. de Iurepatron.

S V M M A R I V M .

1. *Iuspatronatus fundatum pro sc. & descendensibus à sua linea: quomodo intelligatur.*

2. *Linea quid sit.*

3. *Linea dicitur, que habet originem per dictum.*

Q q 2 non

*non autem per transuer-
sum.*

ARGUMENTVM.

*Ius patronatus fundatum pro
se, & descendantibus à sua
linea, quomodo intelligatur.*

RESOLVTIO CLII.

SVpponatur in facto, q
uis in creatione pa-
tronatus , in instrumento
fundationis ysus fuerit his
verbis , pro me , & descen-
dantibus ex linea mea; fuit
dubitatum coram me, de-
qua linea huiusmodi verba
intelligenda erant . & pro
huius questionis dilucida-
tione est in primis suppo-
nendum, quod linea est col-
legio personarum ab eodē
stipite descendantium, gra-
duis continens, & numeros
distinguens Io. Andræas in
Arbore consanguinitatis,
Capc. decil. 159. num. 5.
Tiraqu. de retract. lignag.
S.fin. glos. 9.nu. 2. fol. 127.
allegans plures alios . Va-
nde in præsenti casu , linea

debet intelligi de directa
non inflexa, & per transuer-
sum, secund. Bald. in conf.
171. testamento cauetur ,
vol. 3. & idem Bald. conf.
121. volum. fin. Caſtrenſ.
conf. 299.vol. 2. Ann. conf.
132.in princ.vol. 2. Qua-
propter ad præsatū patro-
natū vocati censemur oēs
descendentes à linea ipsius
testatoris . Ratio est , quia
linea alicuius dicitur pro-
prie, quæ habet originēm ,
& descendit ab illo per di-
rectū, non autem per trans-
uersum, Ruin. conf. 23.nu.
6.vol. 3.Corneus conf. 198.
colum.fin.vol. 3. Signorol.
conf. 93. col. 2. Barbat.in-
repet. l. cum acutissimi, C.
de fideicommiss. & à patre
debere semper sumere ini-
tium testatur , Bald. conf.
393.vol. 3.lib. 3.Bero.conf.
77.num. 15.vol. 2. nec suf-
ficeret, quod sint de eodem
cognomine, seu familia ip-
sius fundatoris , secundum
Ruin. conf. 153. num. 10.
lib. 2. Cuman. conf. 2. Sa-
hic. inter consilia Anchar.
conf. 97. col. penult. vers.
alius

alius s̄esus ergo sed oportet quod descendat à linea prædicta fūdatoris; nec sufficit, vt dixi, quod sint de eodem cognomine, Rolan. à Valle conf. 23. num. 39. & 40. lib. 4.

SV M M A R I V M .

1. *Filiatio probatur per nominationem in testamento.*
2. *Filiatio probatur per nominationem cum institutio-
ne facta in testamēto.*

ARGUMENTVM.

*An per probationem filiationis censeatur probata descendē-
tia ad effectum persinentia acquirendi.*

RESOLVTIO CLIII.

1. **F**iliatio probatur per nominationem, dum quis in testamento, vel in alijs scripturis nominat aliquem filium, Bald. in l. non ignorat, num. 4. C. de his, qui accus. non pos. Alexan-

in conf. 90. col. 1. vol. 6. &
in conf. 88. num. 7. vol. 7.
Berous in conf. 108. nu. 6.
in conf. 158. num. 2. 4. 5. in
conf. 161. nu. 6. vol. 2. Dec.
In conf. 54. Menoch. de ar-
bitrar. Iudic. lib. 2. centur.
prim. casu 89. coniect. 2.
3. 4. Grat. in confil. 62.
num. 11. vol. 2. Lancellot.
conf. 15. sub num. 90. vol. 1.
Paris. in conf. 29. num. 9. &
10. vol. 2. Surdus in conf. 1.
num. 45. vol. 1. Iason. in
conf. 106. col. 1. vol. 1. in
conf. 125. col. 1. volum. 4.
Ruin. in conf. 36. num. 6.
vol. 1. Gozadin. in conf. 13.
num. 44. 52. plenè Roland.
à Vall. in conf. 22. num. 24.
cum pluribus sequen. vol. 3.
Portius in conf. 39. nu. 19.
Natta in conf. 473. nu. 14.
eod. vol. 2. Burfat. in conf.
88. num. 6. vol. 1. Vasq. cen-
trouers. lib. 2. cap. 8. num. 2.
Surd. in decis. Mantuae 83.
num. 4. & 7. in decis. 145.
num. 4. 5. 6. & 14. in de-
cis. 92. num. 5. Caphal.
in conf. 48. num. 14. & 15.
vol. 1. Sic etiam in suppli-
catione porrecta pro filio
legiti.

legitimando, & tamquam
telle fuerit legitimatus, sic
filiationis probatio. Surdus
de naturalibus lib. rit. de
filiationis probatione, q. 5.
num. 8. Cardin. Paleot, de
noth. & spur. cap. 22. nu. 9.
D. Alexan. Raudens. in de-
cis. Pisan. 34. nu. 16. & 17.

Ynde Triuisanus in de-
cis. 60. par. 1. Sic aiebat,
Antonius, qui ab eius patre
institutus fuit in testamen-
to, ut filius; producendo in
iudicio testamentum satis
probauit filiationem, per id
quod notat, Bartol. in l. 1.
S. idem per contrarium, ff.
de liber. agnoscendis. per
cuius dictū voluit Butreus
in cap. transmisse, qui filij sit
legitimi, quod per institu-
tionem filij probetur filia-
tio; licet tamen instituto
conueniat nedum filio, vel
alio descendenti, sed etiam
extraneo. nihilominus sic
instituēdo, & ei aliquid re-
linquendo, & filium nomi-
nando, probatur communiter
filiatio: tractat enim cū
hoc modo, ut filium, quæ
tractatio probat filiationē,

& tenent communiter Do-
ctores in cap. per duas de-
probat, si ille nō esset filius,
nec legatum valeret, nec
institutione ipsa teneret, l. si
pater, & l. nec apud, C. de
hæred. institutione. & sic pro-
bata fuit filiatione, refert, &
sequitur Nouarius in sua
Praxi elect. fori quest, 51.
num. 1. sect. 1. iuxta primā
impressionem Neapoli-
nam.

Et quod filiatione probetur
per nominationem, in quo
actu pporcionante in institu-
tionis lat. Surdi, plura cu-
mulus const. l. nu. 50. plenè
Mascal de prob. cōcl. 397.
Nouarius de presump. lib. 6.
presump. 53. nu. 39. Rora
decil. 347. sub nu. 2. & de-
cis. 472. num. 8. par. 1. in se-
cent. quod procedit etiam
respectu extraneorū, dicta
decis. 472. nu. 8. & proprie-
ta ista nominatio iuncta
cum institutione filiationi
multū appropriata, descendit
etiam plenè probat Bald.
in capit. ex transmissa sub
num. 4. vbi etiam Butr. nu.
10. Præpos. nu. 9. in fin. de-
cessit.

restit.spol. Gozad.conf.13.
nu.7.Paris.conf.29.nu.10.
lib.2. & fuit multoties re-
solutum , & signanter in
Commen. Capellaniæ 27.
Januarij 1593. coram R.P.
D. meo Decano , & in Vr-
beuetana fideicommis.13.
Nouembris 1603.coram
Illustrissimo Cardin. Pam-
philio .

SUMMARIUM.

- 1 *Sententia lata super Iure-
patronatus facit ius quo
ad omnes, quod declara,
ut num. 5.*
- 2 *Sententia lata pro uno pro-
debet alteri.*
- 3 *Sententia lata pro socio pro-
debet alteri socio.*
- 4 *Sententia lata pro adulter-
rio prodebet adultera.*

ARGUMENTVM.

*An sententia lata super perti-
nentia Iurispatronatus fa-
cit ius quo ad omnes .*

RESOLVTIO CLIV.

I **S**ententia lata super sta-
tu beneficij Iurispatro-
natus, facit ius quo ad oēs,
I. s. in fin. ff. de liberis agno-
scendis, I. ingenuum, & ibi
Bald. & omnes communi-
ter, ff. de statu hominum,
Anchar. conf. 336. num. 1.
Dec. in conf. 342. num. 7. &
Cuar. præc. quest. cap. 13.
num. 5. & Mantica decisi.
350. nu. 4. & ratio est, quia
sententia lata pro vno, benē
prodest alteri , qui habet
idem ius, tex. in I. loci, S. si
fundus, ff. si seru. vendicet.
I. supra, S. Casius, ff. de aqua
pluuiia arcenda , I. si qui se-
paratim, S. quod est scriptū,
ff. de appellat. glof. in I. si de
eomuni, in primo glosa,
ff. si seruit. vendic. Alexan.
conf. 186. lib. 2. I. minori-
bus, vbi las. in tertio notab.
num. 4. C. de his, quib. vt
in dignis, & cap. penult. de
appellat. vbi hoc idem in
appellatione dicitur , Cra-
uetta conf. 747. num. 37. &
conf. 631. num. 5. volum. 5.
Alexan.

Alexan. in I. sc̄pē, num. 31.
 & num. 32. ff. de re iud. Ad
 idem text. in I. posthumus,
 §. si quis ex ijs, ff. de inoffic.
 testamen. ex quo text. dicit 5
 Soccyn. in I. 1. num. 4. ff. de
 except. rei iud. quod sententia
 lata pro vno legatario,
 prodest alteri, sequitur Cra
 uetta d. conf. 747. num. 38.

3. vt etiam sententia lata pro
 socio prodest alteri socio,
 l. qui separatim, §. fin. ff. de
 appellat. Crauet. conf. 206.
 num. 7. Nouar. lib. 1. q. fo
 renſ. cap. 155. sub num. 8.
 versic. confert ylterius, &
 sententia lata pro vno Reo
 debet prodefſe alijs; Bart.
 in I. ex duobus, in 4. quæſt.
 ff. de duobus reis, Soccyn.
 conf. 283. col. penult. lib. 2.

Crauettā ibi, num. 7. habet
 tamen hæc res distinc
 tiones, & controuersias, de
 quibus videndus est, Ron
 chegallus in dicta leg. ex 2
 duobus, num. 33. cum mul
 tis seqq. & sententia lata,

pro adulterio, prodest adul
 teræ, l. denunciasse, §. pe
 nult. ad I. g. Iul. de adulter. Crauett. d. conf. 206. nu. 1.

& 2. Sic sententia lata pro
 statu, facit ius quoad omnes
 Ioan. Fabr. in §. præjudicia
 les, nu. 42. instit. de action.

Id tamen est verū, quan
 do sententia est lata pro
 pertinentia, at secus si con
 tra pertinentiam. quia licet
 sententia lata pro vno benè
 proſit alteri, at secus quan
 do est lata contra vnum,
 nam non nocet alteri, Ca
 strens. coaf. 139. nu. 4. lib. 1.
 vbi ponit raiionem diuer
 sitatis, quam habes simili
 ter apud Crauet. conf. 747.
 num. 37. hinc sententia la
 ta contra frarrem, quod nō
 sit nobilis, nō nocet fratri,
 Mieres de maiorat. part. 2.
 quæſt. 4. numer. 11. & alij
 DD. paſſim.

S V M M A R I V M .

*Descendentiae gradus di
 stincti probari debent,
 Enunciatiæ quando pro
 bent contra tertium.*

A R G V M E N T V M .

*Ius patronatus, ut recte ad ali
 quem pertineat, an sit pro
 banda.*

banda eius descendencia à fundatore per gradus distinctos.

RESOLVTIO CLV.

IN hac dubitatione, respondi cum decif.Rotę in vna Panuen. Prioratus 12. Ianuarij 1590.coram Mantica, cuius tenor est.
Apud me quæstum fuit, an constet de bono iure D. Angeli Carissimi; & responsum fuit non constare. nam licet beneficium, de quo agitur sit de Iure patronatus, quod ab initio concessum fuit D. Iohanni de Caletta, & eius hæreditibus masculis, & eis descentibus D. Francisco de Caletta, & eius hæreditibus masculis, & per plures presentationes habuerit effectū: tamen cum ipse Carissimus ab antiquo de Caletta fuerit præsentatus, debet probare ipsum esse patronum, vel saltem fuisse in quaī possessione præsentandi, cap. consultationibus, & ibi not. de Iurepatr.Rot.decif.14. in priac.eodem tit. in antiquis.

Sed neutrum probauit: ergo de eius bono iure non liquet. neque enim constat, Antiochum esse descendentem, & hæredē D.Ioan.vel D.Francisci, quod quidem probare debuit, Card.in clem.2.q.7. de Iurep.Abb.in cap.1. eodē tit. Aret.in cap.significauit, col.1. de restit. Couar. var. resol. lib. 2. cap.18. num.7. ubi testatur hanc esse comm. opin. Et quidem ut descendencia probetur, singuli gradus distinctè, probari debet; adeo, ut si deficiat probatio unius gradus, aliorum etiā graduum consequentia destruatur, cap. licet ex quādam, ibi singulos gradus, de test. Bald.post Innoc.in cap. series num.1. & 3. eod. tit. Cæpol.in cons.43.num.3. & 4.in ciuiblib.Dec.in cōf.321. num.6. & 7. & fuit resolutum in causa Sutrin. benef. coram R. P.D. Pamphil. die 18. Decembris 1587. Vnde licet probatum esset Antiochum esse filium Angeli, qui fuit filius Philippi Mariae; non tamen hæc probatio cōcludit, nisi etiam probetur,

R r quod

quod Philippus Maria descendat ab ijs, quibus ab initio concessū Iuspatronatus. Neque obstat, quod cum Antiochus sit de familia de Caletta, præsumatur ex descendientibus patronorum, præsertim cū Angelus eius pater fuerit, ut dicitur in quasi possessione præsentādi, Lambert. de Iurepatronat. lib. 2. par. 2. q. 10. princ. artic. 4. 11. vers. si vero apparet: quia hoc probatio in casu proposito, est eguiuoca; extant enim etiam alijs, qui tanquam patroni, Iulium Cesarem presentarunt, & in Ciuitate Parmæ plures sunt familiæ de Caletta, quæ nullo iure sanguinis sunt inter se coniunctæ, ut ex actis constat, & probatio, quæ est obscura, non relevat, cap. in præsentia, de probat, l. non hoc, C. unde cogn. neque enunciatiua, quæ est ad prouisionem, M. Marcelli facta anno 1582. probat ipsum Angelū fuisse patronū, quia est unica, & non excedit ann. 6. & ut verba enunciatiua contra tertium probent, requi-

runtur due saltem enunciatiua, quæ sînt antiqua, & probatæ à diuersis personis non suspectis, Aret. in cap. cum causam, il 2. num. 20. & 21. de probat. Soccyn. sen. in conf. 194. num. 9. vers. sed ad primum lib. 2. Crau. de antiquis temp. par. 1. S. ampliatur, num. 14. cum seqq. Achill. decis. 5. de Iurepatr. Pus. decis. 209. lib. 2. in manuscript. & ita Domini dicebans fuisse etiā resolutum coram R. P. O. Casso in România. C. de Capitocchis &c. & item alia urbe ves. fuit vobis. corā Illustrissimo Domino Card. Lancell. Neque etiā constat Carissimum fuisse presentatum ab eo, qui sit in quasi possessione præsentādi; quia Antiochus alias nūquam presentauit, & supponendo sine veri prejudicio, quod Angelus eius pater p̄sentauerit eius quasi possessio ad fidium non translat sine apprehensione, l. cum bæredes, in princ. ff. de acqu. possēt. Achill. decis. vlt. de possēt. Caput aqua. decis. 420. par. 2. neq; etiam quasi possēt

seffio ipsius Antiochi probatur per testes eo modo quo probari debet, secūd. Calder.
In conf. 13. de Iurepatr. nam primus testis non loquitur de possessione Antiochi, sed Angelii eius Patris, neque filio suffragatur, ut dictum est. Alius autem testis de possessione Antiochi, uti descendensis ab Angelo; & ideo non probat; quia non testificatur, sed iudicat, quod non est officium testis, Bald.
conf. 313. in fin. lib. 4. Dec.
conf. 256. Crauet. conf. 41.

gris, an censematur probata alterius fratri descendens, ad effectum, ut censematur probata per eius mensa. Iurispatronatus.

RESOLVTIO CLVI.

Respondetur affirmatiōne, nā probata qualitate vnius fratris, censematur etiam probata res pēcūliorum vtrinque coniunctōrum, Ang. in auth. vt licet Matri, & Auiꝝ, S. 1. vers. ad hęc in fin. Alex. in l. sōpē nu. 31. vers. idem etiam sentit Ang. de re iudic. Tisaquell. de nobilit. cap. 17. n. 3. Cotta in memoriali, in verbo sententia dicta pro uno ex multis fratribus, vbi sententia lata pro uno ex multis fratribus, ex eodem patre natis, quod vnum sit Ciuis Mediolan. probat quoad omnes, ita notabiliter colligit, Ang. in auth. vt licet Matri, & Auiꝝ, S. ad fin. per illum tex. & est memoria dignum, secund. D. Alexand. in Commento l. sōpē col. 21. vers. adde, quod Rr 3 fulg.

S Y M M A R I V M.

- 1 *Descendentia vnius fratris probata, censematur probata descendētia alterius fratris.*
- 2 *Sententia lata pro uno ex multis fratribus probat quo ad alios.*
- 3 *Nobilitate vnius fratris probata, censematur probata alterius..*

A R G U M E N T V M.

Probata descendētia vnius fra-

fulg. ff. de re iudic. facit in simili, quod decidit tex. in l. si communem, in princ. ff. quemadmodum servitus amitt. vbi habens fundum communem cum pupillo, iuuatur circa præscriptione priuilegio populi, qui text. est adhoc valde singul. secund. Andr. Sicc. in cons. 1. præclarè scribitur in 5. col. 2. ista faciunt ad illud quod sing. didicit Bald. in cap. 1. in princ. in 3. cōlūm. vers. quid si sunt duo, quib. modis feud. amitt. vbi tenuit, 4 quid si ex duobus fratribus alter fugiat ex bello, alter sua virtute dominum defēdat: talis virtus vnius prodēst alteri, & hoc dictum. Bald. est sing. & commēdatur per D. Iasom in l. si emācipati, in 3. col. C. de collas. & facit adhoc decis. Sessæ Rota Aragonia 4. part. 1. 3. vbi probata nobilitate vnius ex fratribus censemur probata alterius fratri nobilitas, quā opinionem sequitur Anna sing. 80. & sententia lata p vno fratre, quod sit clavis prodest alteri fratri

idem singul. 468. Nouarius forens. quest. lib. 1. cap. 155. in fin.

SV M M A R I V M.

Iurispatronatus existentia probata, probari debet illius pertinentia.

Iuri patronatus quādo succedatur in stirpes, & quando in capita.

Descendentia in antiquis probatur leuioribus probatōribus.

Descendentia probatur per enunciatiua duorum instrumentorum antiquorum.

ARGUMENTVM.

Descendentia, ut censeatur quæsita, pertinentia Iurispatronatus qualiter probetur.

RESOLV TIO CLVII.

Quod probata existentia Iurispatronatus, debet probari illius pertinentia; & ideo descendentes tenetur probare,

re , iusto titulo ex iure de-
uolutionis se esse patronos
ex hereditate, legato, dona-
tione, & alio modo: in quo
iurepatr. succeditur in stir-
pes, si successio sit ex her-
editate; si autem alio titulo
succeditur in capita, iuxta
clem. plures, de Iurepatron.
Grat. discep. forēs. cap. 521.
num. 28. Gonzal. in Reg. 81.
Cancell. glof. 45. num. 61.
& diximus in Colletanea
par. 5. Collectan. 1733. quæ
descēdētia in antiquis pro-
batur leuioribus probatio-
nibus, Genuen. in Prax. Cu-
riæ Archiepiscopalis Nea-
politanæ, cap. 28. nu. 1. vbi
pariter refert, circa proba-
tionem descēdētia in anti-
quis leuiores probationes
sufficere, ut post glof. Ord.
in l. 1. ff. de probat. dicunt
Aret. conf. 37. num. Cæ-
phal. conf. 137. lib. 1. nu. 45.
& Illustriss. D. meus Coc-
cinus decis. 105. refert in
Rota s̄epius decisū descen-
dentiam probari per enun-
ciatiua duorum instrumen-
torum antiquorum, iuxta
Bald. in l. cum antiquis, &

ibi Iason. num. 7. C. de iu-
re delib. Alexan. conf. 75.
num. 3. lib. 4. Cassad. decit.
3. num. 3. de procurat. Put.
decis. 209. lib. 2. & fuit di-
ctum in causa Sutrini be-
neficij 18. Decemb. 1587.
coram Domino meo Illu-
strissimo Coccino, & ista
non est antiqua, quia non
excedit tempus 100. anno-
rum, quod solum in instru-
mentis dicitur antiquum,
Ias. in d.l. cum antiquis sub
num. 7. vers. breuiter istis
non obstantibus, vbi hanc
communem dicit, Alexan.
lib. 6. in conf. 12. num. 8.
Cæphal. conf. 98. num. 36.
Aymon. d. loco num. 4. &
ultra prædicta huiusmodi
enunciatiua est vnius tantū
instrumenti, quæ etiam in
antiquis non probat, nisi ad
minus sit duorū instrumen-
torum, quæ originem ha-
beant à diuersis personis
nō suspectis, Felyn. in cap.
cū causam, vbi Aret. nu. 2.
de probat. Aymon. de anti-
quit. tempor. par. 1. sect. 4.
num. 14. & 19. & seqq. Put.
decis. 209. lib. 2. latè Hiero-
nymus

nymus de Monte de finib.
regeñ. cap. 69. nu. 3. & fuit
dictum in allegata causa Su-
trina, coram D. meo Deca-
no, vbi aliae decisiones alle-
gantur, & coram Blanchet-
ro in causa Sabinen. confi-
nium 20. Aprilis 1577. &
vide Aym. de antiq. temp.
par. 1. S. ampliatur, num. 17.
Achill. decis. 5. de Iurepa-
tronat. & fuit dictū in vna
Nouar. benefic. 5. Nouem-
bris 1586. corā Pamphilio.

SVMMARIVM.

*¶ Descendentia probatio non
requiritur ab eo, qui stat
in possessione praesentandi.*

ARGUMENTVM.

*Probatio descendentiæ, an re-
quiratur ab eo, qui stat in
possessione praesentandi.*

RESOLVTIO CLVIII.

PLuries dubitatum fuit,
& præsertim, bis corā
me in vna causa verifica-
tionis Iurispatronatus ; si

probatio descendantia sit
necessaria, vbi patronus re-
periretur in legitima, & pa-
fica possessione præsentan-
di. & fuit pluries respōsum
prefatam probationem mi-
nimè necessariam fore, vt
apertè fuit resolutum, & te-
statur pulcherrimè Seraph.
in decis. 134. allegat Cres-
centium in decis. 9. in tit.
de Iurepatron. & alias plu-
ries resolutum in Rota Ro-
mana testatur, Nouarius in
suo Iure Pontif. nouo con-
clus. 2. num. 14. de Iurēpa-
tronatus.

SVMMARIVM.

*Descendentia vbi est pro-
banda, an prætendens Ius-
patronatus debeat proba-
re se esse de agnatione
coptentia, vel effectu
alicuius descendantis &
fundatore.*

ARGUMENTVM.

*Descendentia vbi est proban-
da, an requiratur quod Ius-
patronatus prætendens, pro-
bes se*

bet se esse de agnatione contentiuæ alicuius descendentiæ à fundatore, vel effectiua.

RESOLVTIO CLIX.

Pro resolutione huius quæsiti est decis. Rotæ in Mediolanen. Iurispatron. 18. Aprilis, 30. Octobris 1617. coram D. Pirovano cuius tenor talis est. *Primo loco dum dubitabatur, an Cortesellæ teneretur probare descendientiam, vel sufficeret quod probarent se esse de agnatione de Cortesella. dictū fuit 28. Nouembris præteriti, teneri probare se esse de agnatione effectiuæ fundatoris; verum repropo- sita decisione die 19. Iunij præteriti fuit recessu à prædicta resolutione, & ex inde quia nedum Cortesellæ poterant descendere à fundatore, sed etiam à nepotibus fundatoris, vel à communis stipite patrum ipsorum nepotum. Dubitaui quam descendientiam teneretur probare, & sufficere probare esse*

de agnatione contentiuæ al- cuius ex tribus nepotibus fundatoris, vt fuit responsum, quia fundator postquam in codicillis disposuit, quod illi parentes propinquiores, in quorū præsentia fieri debebat eadem Ordinatio, de- berent esse tres sui nepotes; eisdem facultatem concessit, post suum deceßū, ut unusquisque eorum in vita sua eligeret de suis parentibus propinquioribus de paterna parte: pro parentibus autem propinquioribus ipsorum ne- potum admittuntur omnes coniuncti iure agnationis, siue descensu, siue collate- rales ab eodem stipite, l. Iu- reconsultus, S. parentes, ff. de grad.agnat. Rimini. iun. cōs. 308. num. 2. & 18. Peregr- de fideicommiss. art. 22. nu- 31. Menoch. cons. 424. nu. 2. & 8. & ideo cum agatur de onere probandi sufficit Cor- tesellis probare se contineri in agnatione, in qua subiiciuntur tres nepotes illi, vel al- ter eorum, quia semper qua- litas à fundatore requisita iustificabitur, scilicet ipso- eff

esse coniunctos iure parentela cū dictis nepotibus. Non obstant verba de paterna parte, quæ in decision. 28. Nouembris præteriti fuerūt considerata, tanquam terminis differens, ac distinguens parentes à parentibus, agnationem ab agnatione, & linea à linea; dū alij sunt parentes simpliciter coniuncti, alij erant ex latere patris adhærentes, & alij quidem descensui, alij subiectiui dicuntur: quia adhuc verba illa retinent suam differentiam, dum distinguunt speciem à genero, nempe agnationem trium nepotum ab agnatione generica de Cortefellis, & quamuis Bar. in suo conj. 10. incip. in nomine Domini, videatur presupponere, quod idem sit dicere de parte paterna, ac si diceretur de linea patris, prout declarat Curt. iun. cōf. 5. num. 23. lib. 1. & idem videatur firmatum in Genzen. personis 5. Decembris 1607. coram R.P.D. Cauallerio, ac dictum in eadem decis. 28. Nouembris præ-

riti, & consequenter ubi fit mentio de linea, de directa non autem inflexa fit intellegendum, Peregr. post Socc. & Corn. de fideicommiss. ar. 22. num. 24. tamen aduerterunt Domini, quod verba de paterna parte latius patient, quam si dictum fuisset de linea patris; ubi enim de linea alicuius sit mentio, & si dupliceret possit considerari subiectiu, sive contemtu, vel materialiter, & effectiue; nisi alii propter suum semper in proprio sensu effectiu interpretatur, Bald. cons. 334. num. 7. lib. 3. quod consilium etiam legitur, apud Anchār. conf. 95. nu. 7. idem Bald. cons. 324. num. 7. eodē lib. & conf. 321. lib. 1. Crauete. conf. 655. num. 5. Simon de præ. do. vle. volunt. lib. 3. inserpr. 3. dubio 1. fol. 11. num. 43. Tamen quando dicitur de paterna parte directe quidem excluduntur feminæ, quæ non sequuntur partem, & latus paternum, sed proprij earum patris, & in hoc retinet suam differentiam,

rentiam, ut bene declaras
 Curt. iun. cons. 1. num. 25.
 lib. 1. sed non eodem modo
 directe, & ex proprio signifi- 1
 catu, & per neceſſe dicuntur
 exclusi parentes deriuati 2
 res ex alia linea à primostipite,
 constituentes lineam
 collateralem respectu ipso- 3
 rum nepotum, cum possunt
 dici de eadem parte, & late-
 rg, unde prouenerunt patres 4
 trium nepotum, quamvis nō
 sit de linea directa disensi- 5
 ua eorundem, Mantic. de-
 ultim. volunt. lib. 8. tit. 12.
 num. 11. vers. præterea in
 nou. impress. & supposita bu-
 iusmodi possibilitate non ex-
 clusa ex proprio verborum
 significatu, visum est suffi-
 cre si Cortesella probent esse
 de agnatione continua ali-
 cuius ex tribus nepotibus fa-
 datoris. Et ita resolutum
 fuit reseruando, tamen vi- 1
 dere in alia disputatione, an
 per gradus distinctos, vel
 alio modo ad buiusmodi pro-
 bationem teneantur Corteselle.

S V M M A R I V M .

Iuspatronatus competit etiam
 masculis quam foeminis.
 Foemina potest fundare,
 dotare, & construere Ecclesiam.

Pertinentia Iurispatronatus
 competens familia, non
 competit foemina.
 Foemina non veniūs appellatione
 familia.

Iuspatronatus hereditarium
 transit etiam ad foeminas.

A R G U M E N T U M .

Pertinentia Iurispatronatus,
 an competat foemina descen-
 densi à fundatore.

R E S O L V T I O C L X .

Iuspatronatus competit etiam
 masculis, quam foeminis DD. in clem. 2. de
 Iurepatron. Abbas in cap.
 dilecto in 2. notab. de testi-
 bus, Bero. in cap. 1. num. 45.
 & 50. de Iurepatron. & in
 cap. ex literis, num. 24. cod.
 Sf titul.

- titul. Viuius in lib. comm.
opin. concl. 608. n. 7. Et fe-
mina potest fundare Eccle-
siam, construere, & dotare
illam, Abb. in cap. fin. num.
7. & ibi Addentes, de con-
cess. præben. & in cap. ex li-
teris, & cap. cum seculum
de Iurepatronat. Rot. decis.
10. de Iurepatron. in nouis,
Cassidor. decis. 1. eod. tit.
Lamb. de Iurepat. in 2. art.
7. q. principalis par. 1. lib. 1.
Rocchus de Curt. in dict.
træct. in vers. competēs ali-
eui, in principio. & ideo Iu-
rispatronatus trāsit ad hæ-
redem foeminam, tā exte-
stato, quam intestato, sicuti
transit ad hæredem mascu-
lum, glos. clem. fin. de Iu-
repatron. & ibi Cardinalis
in q. 6. Decius cons. 127.
num. 3. in fin. Abb. in cap.
cum seculum, de Iurepatr.
Parisi. in cons. 48. num. 5.
vol. 4. Rołan. in cons. 47.
num. 7. vol. 1.
- 3 Tamen pertinetia Iuris-
patronat. relieti familiæ, nō
cōpetere feminæ videtur æ-
ratione, quia illa nō venit
appellatione familiæ, l. fa-
- miliæ, ff. de verb. sign. l. pro-
nūciatum, §. familiæ, ff. eo-
dem tit. & foeminæ non di-
cuntur de familia, Corn. in
cons. 13. & 26. vbi dicit, q̄
cū familia dicatur cippus,
& conferuatio cippi, & fa-
miliæ fiat, per masculos;
foeminæ dicuntur quasi fo-
lia arborum, quæ decidunt
leuiter, & stirpes remanēt,
in facto sequitur Crauett.
in cons. 180. & amplius in
cons. 800. latè Borell. in
cons. 94. Curt. iun. cons.
154. & 172. vbi hanc latè
opinionem corroborat, &
copiosè Cacher. in decis.
127. Hinc euénit quod ad
fideicommissum familiæ reli-
ctum, foeminæ minimè ad-
mittuntur, etiam si foemina
esset agnata, vt cēsuit Rot.
Romana in vna Nocerina
fideicommiss. 16. Ianuarij
coram Mantica, vt patet ex
lib. 8. de conie&t. vlt. volunt.
titul. 12. & iterum fuit re-
solutum in ead. Rot. 24.
Nouembris coram eod. vt
sequutus est etiam, Viuius
in dec. 10. vbi voluit, quod
testator instituendo hære-
des,

des, & ordinando quod bona conseruentur in familia, & cippo, quod minimè includantur fœminæ, & exclusæ omnino cœsentur tāquam familiam non facientes. & pariter de Ponte decis. 5. vbi refert in Collaterali decimum, quod descendentes ex sanguine regio minime gaudent immunitate concessa omnibus descendētibus de sanguine. Regio: & propterea frequētius videmus, quod parentes de posteritate familiarium parum curant, quin transeunt ad alienas familias. Immò ipsis filiabus, propterea quod in alienās transeunt familias, doles quantum possunt exiguae constituuntur, vt perpendit Crauet. in cons. 61. n. 5.

Sed Iuspatronatus hæreditarium etiam in fœminas hæredes transit, secundum Dec. in cons. 127. num. 3. in fin. Rolan. à Valle cons. 47. nu. 7. vol. 1. & hoc tam si essent hæredes ex testamento, quam ab intestato, glos. in clem. vlt. & ibi Car-

din. q. 7. de Iurepatronatus. Immò Iuspatronatus relictum consanguineis, & eis qui sunt de genere, parentela, domo, seu familia cōpetit etiam fœminis nuptis descendētibus ex illis Gab. cons. 195. lib. 3. Molina de Hispan. primogenit. lib. 3. cap. 4. & Nos in Praxi decis. 175. num. 120. & sequ. vbi de communī, nam in fœminis etiam durat agnatio, & illis familia confutatur, Laderch. cons. 19. nu. 3. Rota decis. 203. nu. 7. & decis. 282. num. 2. par. 2. in recentiori apud Farinac. quia etiam si nupserint in aliena familia, tamen dicūtur de agnatione, l. voluntas, vbi Bald. num. 2. C. de fideicommiss. Dec. consil. 287. num. 12. quæ dum viunt conseruant bona in agnatione, Paris. cons. 47. num. 61. & 68. & 104. lib. 3. Ias. cons. 142. num. 24. & 25. & post illarum vitam possent agnati proximiores admitti, exclusis alijs cognatis, prout dixit Brunus de statut. exclud. fœmin.

S 2 prop.

prop. masc. artic. 6. mem-
bro. 2. quæst. 3.

S U M M A R I V M .

- 1 *Illegitimi nō dicuntur esse de parentela.*
 - 2 *Illegitimi repelluntur à successione bonorum.*
 - 3 *Illegitimi an doceant de descendencia testatoris, distinguuntur tres casus nu-*
4. & 5.

A R G U M E N T U M .

Illegitimi an dicantur de descendencia fundatoris, ad effectum, ut eis competat pertinentia Iuris presentandi.

R E S O L V T I O C L X I .

- 1 **C**VM illigitimi non dicuntur esse de parentela, Bart. communiter receptus in l. tutela, ff. de cap. diminut. Guid. Pap. decis. 356. Gasp. Thel. forens. q. 22. n. 4. lib. 1. neq; dicuntur de linea, Peregr. de fidei- commiss. art. 22. num. 81. 3 Farinac. de inquisitione,

q. 13. num. 52. cum sequent & num. 73. neque dicuntur esse de familia, Ias. in l. suggestioni, in prin. C. de verbis. signif. ita etiam repelluntur à successione bonorum authent. ex complexu C. de incest. nupt. ideo similiter non succedunt in Iurepatronatus, nisi sint haeredes patronorū; quia tunc tanquam haeredes in Iurepatron. hareditario succederent: & hoc quomodo, & quando sit, late dicit Praeposit. in repetit. cap. per venerabilem, S. autem col. 44. qui filij sunt legitimi, Rochus de Curt. de Iurepatr. in verbo competens alicui, quæst. 7. princ. vbi ait tales illegitimos nullo modo succedere in Iurepatron. competente illis de parentela.

Verum quidquid sit ex supradictis, Rota contrarium censuit tribus casibus consideratis, in una Ianuen. Iurispatronat. 23. Ianuarij 1612. coram Illustrissimo Pamphilio.

Primus casus est, cum sūdatur illegitimos express- se

se non excluderit; nā tunc censetur illos voluisse relinquere sub dispositione iuris communis ad l. commodissimæ, ff.de lib.& post hum. secundum quam sunt capaces Iurispatron. ut per Bald.in l.eam, quam in fin. C.de fideicommiss. Rocch. de Iurepatron. verb. competens,num. 9. cum alijs, tam in eadem decisione, quam per informantes, pro Ioanne Stephano allegatis.

4 Secundus casus quoties verba fundationis, ex sui natura sunt apta comprehendere etiam illegitimos, cū ad istum patronatū sint vocati filij, & descendentes Nicolaij, non per verba ciuilia, & legitimitatem importantia, sed per verba merè naturalia, sub quibus veniunt naturales, Bart. in l.tutelas, sub num. 3. & seq. ff.de capit. diminut. in l.ex facto, §. si quis rogatus, il primo, & ibi Angel. Imol. Alex. ff.ad trebell.Felyn.in cap.in præsentia, num. 22. de probat. cum alijs, per ll. Iustissimum Manticam, de

conie& vlt.volunt.vol. lib. 11. titul. 9. nu. 2. & fuit dictum in Tironon. æleemosinariæ 26. Aprilis 1602. coram eod. Illustrissimo Card. Lancellotto. Præsertim quod quādo fundator præ oculis habuit qualitatem legitimitatis, & ad legitimos voluit dispositionem suam restringere, id expressit, vt fuit in linea Alberti, & Vngonis in qua adhunc patronatum vocavit solum illorum filios, & descendentes legitimos: quod cum non fecerit in filijs, & descendantibus Nicolaij, & Federici vtiq; datur intelligi, quod noluit quoad ipsos restringere successionē ad solos legitimos, ad text. in l.vnicam, §. sin autem ad deficiendum, C.de caducis toll. Anan. conf. 22. nu. 3. vers. est etiam multum pōderādum, cum simil. & fuit dictum in Bononien. de Maluetijs 23. Martij 1609. coram R.P.D. Sacrato.

5 Tertius casus, quoties fundator tā legitimos, quā illegitimos vocavit, quā voca-

vocatio dū potest in vtraq; sūi parte verificari, Bart. in l. si is, qui ducenta, §. vtrum num. 3. vers. aut inter alia & §. item si pater in princ. ibi Soccyn. num. 5. ff. de reb. dub. Ruin. cons. 6. nu. 1. ljb. 3. & hoc enim non solum apparet, quod naturales nō abhorruit: sed etiam resultat, quod in vocatione facta de filijs, & descendentiis eorundem Nicolaij, & Federici, selerit quoque de naturalibus, Bart. in l. ex facto, §. si quis rogatus, il primo, num. 2. ff. ad trebell. cū alijs deducatis in hac cauſa sub die 30. Ianuarij 1609. coram bon. mem. D. Iusto.

Non obstat, quod dicitur illegitimos de iure non esse capaces Iurispatronat. gentilitij, & agnatitij, vt per 3 Roccb. de Iurepatron. verb. competens, num. 10. vers. hanc tamēn, cum alijs allegatis: quia cum adhunc patronarum fuerint vocati filij, & descendentes, nulla facta mentione generis, & agnationis; non potest dici, quod versemur in pationa-

tu gentilitio, & agnatitio. Mentio enim masculorum dumtaxat operatur, vt censeatur cōpleta qualitas masculinitatis, non autē agnationis, vt per Surd. cons. 448. num. 24. lib. 3. vbi de magis communi, testatur, & tenuit Rotā in Tudertina fideicommiss. de Corradis 13. Aprilis 1587. coram Gyptio, & ulterius cessat difficultas, quia vt sc̄pē dictum est, fundator in isto patronatu naturales non abhorruit, sed eos inuitauit.

SV M M A R I V M .

Filius adoptius connatur inter descendentes à fundatore, dummodo hæres instituatur num. 2. Filius emancipatus hæres dicitur de descendencia.

ARGUMENTVM.

Filius adoptius, an dicatur de descendencia fundatoris, ut ei competit pertinencia in Iurepatronatu.

RE-

RESOLVTIO CLXII.

Respondetur filium adoptium connumerari inter descendentes à fundatore, iuxta tex. expressum, & q̄ ibi cōmuniter notatur in l. cum in adoptionibus; ex regula artem imitari naturam, ad tradita in S. sed x hodie institutionibus de adoptionibus.

Intellige supra positam conclusionem procedere, & locum sibi obtinere quoties adoptiuus esset hæres patris, tunc enim nomine descendantium, & tamquā hæres succedit patri, iuxta tradita, per Panorm. in cap. tanta, num. 9. qui sunt legitimi. cum regulariter filius adoptiuus in his, quæ sapiunt priuilegij, non veniant appellatione filiorū, vt pluribus fundauit, Novarius in Praxi elect. fori quæst. . . . vers. declaratur etiā in filio adoptio sect. 3. secundum nouissimam impressionē Neapolitanā.

3 Ampliatur supra positā conclusio procedere etiam in filio emancipato, qui si est hæres dicitur de descendētia, & competit ei pertinētia, Iason in l. 2. nu. 12 2. C. de Iure emphiteot. cum alijs.

SUMMARIUM.

Iuspatronatus competens illis de descendētia, illis extintis nō extinguitur. Casus omissus relinquitur sub dispositione iuris communis.

ARGUMENTVM.

Iuspatronatus competens illis de descendētia, seu familiā, an illis extintis extinguatur.

RESOLVTIO CLXIII.

In resolutione huius articuli reperio Lambert. de Iur. patron. art. 5. 2. q̄ princip. 2. par. lib. 1. in opinionem affirmatiuā defendere, vt in tali casu extinguitur

guatur Iuspatronatus.

¶ Verum totum contrariū;
 & verius tenet, Anch. cons.
 81. & Card. cons. 4. de Iurē-
 patron. qui probant prouि-
 sionem hominis non tolle-
 re prouisionem legis: casus
 enim omissus relinquitur
 dispositioni iuris commu-
 nis, l. si cum dotem, ff. solut.
 matri. l. commodissimè, ff. de
 liber. & posthum, Vnde ca-
 sus deficientis familię à te-
 statore omissus, relinquē-
 dus est dispositioni iuris cō-
 munis, quod permittit Ius-
 patronatus transire ad ha-
 redes extraneos. hæc po-
 sterior opinio contra Lam-
 berr. fuit approbata in Ro-
Et hanc opinionem, quod ius præsentandi magis pertinet ad uxorem relictam usufructuam omnium bonorum, quam ad hæredem, post longam disputationem tenet, Lamb. in tract. de iurepat. lib. 1. p. 2. q. 10. princ. art. 3. vbi etiam num. 22. vers. posset etiam dici cum seq. refert Anton. Cors. qui postea fuit Auditor Rotæ, & Christophorum Ablam Iureconsultos primarios legentes in studio Patauino, ita consulisse, & in Ciuitate Calabriæ sic iudicatum fuisse.

Neque huic sententiæ obstat. Rotæ decis. 10. in fine de iurepatr. in nou. vbi tenet, quod si Villa data fuerit in dotem, in qua sit

Iuspa-

Iuspatronat. & maritus, &c
uxor concurrant in presen-
tando; præsentatus ab uxori
re debeat præferri præsen-
tato à viro, & tam si vir
fructus dotis debeat percipi-
pere cap. per vestras, de do-
nat, inter vir, & uxori, &
c. salubriter, de usur. I. do-
tis fructus in princ. ff. de iur
dot. quia illa opin. non est
decis. Rotæ, sed opinio col-
lectoris; nam superius dici-
tur per omnes Dom. fuisse
conclusum, & determina-
tum valere consuetudinem
temporis immemorabilis,
quod maritus ratione Ville
sibi datae in dotem, in qua
consistit Eccles. Paroch.
cuius Iuspat. spectat ad uxo-
rem posset ad Ecclesiam
vacarem personam idoneam
præsentare, & postea subi-
citur maritum secundum
aliquos posse quacunque
etiam consuetudine circu-
scripta de iure communi
præsentare.

Et huius sententia assi-
gnantur plures rationes,
quibus explicitis collector
hæc verba subiunxit: Si ve-

ro ambo maritus, & uxori
concurrerent in præsenta-
tione, crederem præferre
dum præsentatum ab uxori
re. unde ex illo uerbo cre-
derem, evidenter apparat
non fuisse à Dominis ita de-
cism, sed dictum à collec-
tore, & ita intelligit Abb.
in cap. ult. num. 8. in fin. Ide
concess. præbēd. & quam-
uis ipse sequatur opinionē
collectoris, illa tamen non
uidetur tută, quia repu-
gnant rationes Dominorū,
& contrariam sententiam
sequitur per illum textum
etiam Rom. in l. ult. nu. 50.
ff. solut. matr.

11 Neque obstat, quod obij-
citur præsentatum à pupil-
lo præferri debere præsen-
tato à tñtore, & not. per
Io. Andr. in capit. ex eo de
elect. lib. 6. in Nouella, quia
tutor, non est Dominus,
nec usufructarius honorū
pupilli, nec sibi ipsi possidet
sed pupillo, l. 1. §. adipisci-
mur, & ibi Bar. & alij, ff. de
acq. poss. & ideo hoc nihil
commune habet cū mari-
rito, & usufructuario, qui

fructus percipiunt, & factos faciunt, ut notissimi Iuris est, & ita animaduertit Anton. de Bütz. in cap. vltimis 12. de concess. ptebend. & Ias. in I. diuortio, §. fin. Vir. in fundo nū. 7. A. solut. mat. diuersum est in vſu fructuariō omnium bonorum; quia generaliter omnes fructus ad eum pertinent, multaq. habetur consideratio aliquius honoris, seu alimea- torum, ut dictum est.

12. Neque etiam obstat, quod si creditori datum sit pignus universitatis bonorum, in qua existat Iuspatronatus, is facultatē habeat fructus percipiēndi, & tamē non possit presentare; cap. cum Bertol. & ibi not. glos. vlt. de re iudic. quia creditor pereipic fructus nomine debitoris, & que soluto debito tenetur restituere, vel in formam imputare, seu cum credito compensare, cap. 1. & 2. de usur. leg. 1. & 2. C. de pigno. actio. fructus autem, qui consistit in præsentatione, nec debitori potest restitu-

neque cum credito com- pensari, ut dicit Glos. in d. cap. cum Bertol. at mar- tis fructus dotis perceptos constante matrimonio non tenetur restituere, nec cum aliquo compensare, ut declarat Felin. in d. cap. cum Bertol. num. 44. quod si- militer locum habet in vſu fructuariō omnium bonorum, quia Iure proprio om- nes fructus suos facit, ut superius dictum est.

13. Quin etiam communis est hæc opinio, quod Ius- patronatus transeat in maritum cum inuertia- te data in dotem; ut arre- statur Rocch. de Cur. in tra- citat. de Iurepat. in illis ver- ipse, vel is à quo, q. 28. nu. 62. ad fin. & ideo com- etiam intelligitur opinio, quod Iuspatronatus transit in vſu fructuarium omnium bonorum, ut profitetur Lä- ber. in d. tract. de Iurep. lib. 1. par. 2. quæst. 10. ptin. art. 3. in fine.

Aitque ex his cōstat præ- sentatum ab vxore vſu fructuaria omnium bonorum,

ci

ei præferendum esse , qui ab hærede est præsentatus.

S V M M A R I V M .

1 Emptor Iuris alicuius universitatis non habet neque plus, neque minus, quam ipsa uniuersitate continetur.

2 Castrum appellatione Iuris vniuersalis cotinetur. vasallitium cum omnibus suis oneribus, & bonoribus.

3 Res censemur vendita cum suis seruitutibus eo modo, quo reperiebatur apud venditorem, præsertim concurrente sententia emptoris.

4 Promissio de euictione non operatur, nisi quo ad ea, quæ fuerunt vendita.

5 Iuspatronatus vendi non potest, etiam sub uniuersitate verbali.

6 Comprehenditur in venditione, seu cessione, quæ fit ex titulo vniuersali.

7 Transfert ad quoscunq. hæredes mediæ tutela vniuersali hæredis.

8 Etiam transit in emptorem hæreditatis.

9 Vniuersalitas non resolutur in singularitatē, quæ do fit venditio, seu cessio vniuersalis respectu rei, quæ sub se vniuersitatem continet.

10 Iuspatronatus non transfertur mediante venditione, seu cessione, etiam omnium bonorum, iuriū, & actionum, verbis generalibus, & vniuersalibus facta: secus quando venditio est vniuersalis respectu rei.

ARGUMENTVM.

Pertinentia Iuris præsentandi an acquiratur per emptionē vniuersitatis verborum tam, non autem rerum.

RESOLVTIO CXCV.

IN venditione Iuris aliquius vniuersalis, ut emptor non habet neque plus, neque minus, quam in ipsa vniuersitate continetur, l. venditor in princ. ff.de

- ¶** de hæred. vel auct. vend. intelligitur enim facta vēditio eius, quod est in vniuersitate eo modo, quo est, vt dicit Bald. in l. i. num. 1. C. de euiction. exemplum potest dari quando venditur Castrum, & Iurisdictio nam dicitur vendi Ius vniuersale, Bart. in l. i. num. 7. ff. de edendo, Bald. in l. fin. sub num. 48. vers. si item vendo Castrum, C. de ædibus. Hinc dicit Bald. in d. l. i. C. de euict. circa fin. n. 2 quod si res est in vniuersitate, quoad solam detentio nem; censetur etiam quoad solam detentio nem vendita, & ita tenuit Rota in vna Tiburtina Castris Sancti Poli 15. Ianuarij 1590. coram Cardin. Ploto, vbi amplius præsupponetebatur scientia emptoris; & fuit dictum, quod res censebatur vendita cum suis seruitutibus eo modo, quo reperiebatur penes venditorem: emptor enim sciens rem sibi venditam esse obnoxiam seruitutibus, si vult eam liberam debet curare,
- ¶** vt hoc exprimat, clarius, alioquin venditor non cēsetur eam vendidisse liberā, vt docet Salicet. in l. i. sub num. 2. C. de euiction. in illis verbis, quia illam regnū non intelligitur vēdidisse. & hoc procedit etiā, quod fuerit promissa euictio ex quavis causa, tā cogitata, quam incogitata; quo casu scienter emens etiam rē alienam potest agere de euictione, Rota decis. 142. n. 3. par. 2. diuers. quia prouisio huiusmodi non potest operari suum effectum, nisi quoad ea, quæ fuerunt vendita.
- Sed questio est non cōtēnenda an in venditione, seu verbis generalibus Ius patronatus: Et comprehendatur etiam explorati iuris est, quod Ius patronatus per se vēdi non potest, quia hoc expressè Ius prohibet, c. de Iure de Iurep. Sed in venditione titulo vniuersali facta est distinguendum, aut enim sit venditio Castris, hereditatis, seu di, aut alterius rei similis, cui

- 7 cui adhæret ipsū Iuspatro-
natus ; & tunc mediante
tali venditione , seu cesso-
ne , quæ sit ex titulo vni-
uersali , transit etiam Iuspa-
tronatus , vt post alias tra-
dit Lambertin.de Iurepatr.
lib. 1. cap. 24. num. 7. & seq.
Doct.in capit.ex literis,vbi
Abb. in primo not. & in c.
cum secundum,de Iurepat.
Dec.cons. 127. num. 1. & 3.
ad meditum, vbi testatur de
communi:& quod transeat
ad quoscunq. hæredes me-
diante titulo vniuersali hæ-
reditatis, tradit Cou.lib. 2.
var.refol. c. 18. n. 6. Iason.
in l. 1. num. 71. ff. de legat. 1.
vbi etiam Dec. num. 2. Ti-
raquel.de primogen. q. 36.
Fuscus singul. 114. litera I
de communi Gig. conf. 50.
9 nu. 3. Faber. in rubr. instit.
de rerum diuis. num. 2. si
militer quod in emptorem
hæreditatis, tenet idem Co-
uar. lib. 1. variar. refolut. c.
13. num. 3. lib. 2. cap. 18. nai.
8. Diaz. in regul. 401. Fru-
scus singul. 1115. litera I,
Abb.in cap.querelam,de
symon. num. 4. vbi Anan.

num. 6. Felin. num. 3. glos.
in verbo ipse, vel is nu. 46.
Costa.in c. si pater in 2. p.
in verbo Trebellianica n. 7.
latè Fietr. Moij in tract. de
controu. in tit. de empt. &
vend. nu. 41. vers. sed quæ-
ro de Cittel. de iurepatr.
quæst. 1. num. 11. Ratio hu-
10 ius conclusionis est, quia
quando fit cesso,, seu ven-
ditio vniuersalis respectu
rei , quæ sub se vniuersita-
tem continet; talis vniuer-
salitas noa resolutur in
singularitatē, ad text. in l. 1.
C. de eui. ideò nil mirum
si cum ea transeat Iuspatr.
per se; cum hoc casu non di-
catur vendi , fed potius in
quandam necessariam con-
sequentiā rei uenditæ, cui
adhæret: & multa in nec-
essariam consequentiā per-
mittuntur fieri , quæ prin-
cipaliter prohibentur, uili-
gata l. 1. ff. de author.tutor.
Aut fit uenditio, seu ces-
sio omnium bonorum , iu-
rium, & actionum , & tunc
est distinguendum , nam si
in dictis bonis comprehen-
ditur Castrum, Villa, hære-
ditas,

ditas, aut tale quid uniuersale, cui sit annexum Iuspatronatus; & idem est dicendum, quod supra, ut per Dec. in capit. sedem, nu. 3. i. de rescript. Aut non comprehenditur, & tunc mediante uenditione, seu cessione etiam omnium bonorum, iurium, & actionum, verbis generalibus, & universalibus facta, Iuspatronatus non transfertur, ut declarat Innoc. in d. cap. ex literis, nu. 2. quem sequuntur Hostien. nu. 5. uers. sed quid si quis obligat, uel uendit. Ioan. Andr. num. 3. uers. dixit Henric. Boich. n. 3. Card. n. 4. q. 11. Anchar. num. 10. Ioan. de Anan nu. 10. Bero. num. 55. de Iurep. Freder. de Sen. cons. 225. num. 2. Bald cons. 32. nu. 1. Mil. in repert. in verb. patronus, Dec. in d. cap. sedes num. 7. in fine, & n. seq. qui testatur de communi, idem Bald. in l. fin. num. 48. C. de edict. Diu. Adr. toll. Aym. cons. 139. nu. 5. Crot. cons. 159. num. 7. lib. 2. uariar. resolut. cap. 13. nu. 4. Lam-

bert. de Iurepat lib. 1. p. 2. q. 5. princ. art. 4. & ratione post Innoc. Anchar. & alios optimè assignat Bald. in cons. 1. num. 5. lib. 3. quia quando fit cessio, uel alienatio uniuersalis respectu uerborum tantum, tunc talis uniuersalitas soluitur in singularitatem, & non plus importat generalis illa expressio: quam enumeratio specierum, ideo sicut Iuspatronatus de per se uendi non potest dict. cap. de Iurepatr. ita etiam uendi sub ista uniuersitate uerbali, alias fieret fraus legi; cum ille, qui nihil aliud haberet, quam Iuspatronat. aut parū plus, posset sub praetextu uenitionis uniuersalis omnium bonorum, seu iurium quomodounque competentium, ipsum Iuspatron. uendere. neque enim appellatio bonorum potest in hoc casu importare uniuersitatem, sicut in dispositio- ne testamentaria, ut bene respondendo ad l. bonoru de verb. sign. tradit. Lāber. in d. tract. de Iurepatr. lib. 1.

lib. i. par. 2. quæst. 10. art.
3. num. 3. 4. & 5. & num. 15.
& quamuis Abb. in d. cap.
ex literis, num. 11. de Iure
patr. Roch. codem tit. in
verb. ipse, vel is q. 23. n. 43.
Rebuff. in l. bonorum,
ff. de verborum signific. &
signanter Dec. qui in hoc
sibi parum constans est d.
cons. 127. conterarium sen-
tiant; Attamen opinio In-
noc. & aliorum, quos supra
citaui, est magis communis,
& firmiori ratione fulcitur,
& illam amplexa fuit Rota
apud Anton. Augustin. de-
cis. 6. in manuscriptis, rela-
ta in decis. diuers. 152. lib.
3. par. 3. dum ibi concludit
in cessione omnium iuriū
non fuisse comprehensum
Iuspatronatus; ea ratione,
quia erat cessio generalis
verbalis, quæ resolutebatur
in suas species: & non uni-
versalis ratione rei, prout
requiritur, fuit resolutum
in una Lucana Iurispatro-
natus 6. Nouembbris 1598.
coram Litta, ybi erant
data in solutum omnia, i
& singula bona cum om-

ni iure, priuilegio, facul-
tate, & prærogatiua, quo-
modo docunque, & qualiter
enque spectante, & perti-
nente, & nihil fuit dictum,
quod Iuspatronatus trans-
latum non censebatur.

SVMMARIVM.

*Iuspatronatus an træfas
cum confiscatione bono-
rum, & distinguitur per
autorem, ut num. 2.*

*Iudex Ecclesiasticus post
confiscationem factum
à Iudice laico, potest de-
clarare delictum, postquam
declarationem Ecclesia
asquirit libertatem.*

ARGVMENTVM.

*Pertinentia presentandi an
competet Fisco ex confisca-
tione bonorum universta-
sis, in quo aderas Iuspa-
tronatus.*

RESOLV'TO CXCVI.

*R*Egula est à Doctori-
bus magis commu-
D dd niter

niter amplexa, quod Iuspa-
tronatus minimè ue nit in
confiscatione bonorum, ut
traditum est à glos. in cap.
satis peruersum, quinqua- 2
gesima distinctione, Bartol.
in extraag. ad reprimen-
dum, in verbo repellendo,
Cardin. in clement. si plu-
res, de Iurepatron. Afflict.
in cap. vnico, S. ex eadem
lege, nu. 9. in titul. de lege,
Conrad. in sibis feud. Ber-
tachin in tract. de Episco-
po, in quarta parte, vers.
trigesimo quæro, num 69.
Archid. in cap. filius, deci-
masexta, quæst. 7. Præpo-
sit. in cap. 1. colum. penult.
10. distinct. Ang. de malef.
in verb. & eius bona pu-
blicamus, num. 15. Roech.
de Curt. in tract. de Iurep.
in verb. ipse vel is, q. 29. vbi
recitatis aliorum opinioni-
bus; tandem concludit, &
restatur hanc negatiuam.
opinionem esse æquiorem,
Nell. de bannit. in 1. par. se-
cundi tempor. quæst. 32.
Albert. in tract. statutor.
par. 3 quæst. 16. Cepol. cōs.
crimin. 80. & alij plures,

quos recollectus Nouarius
lib. 1. quæst. forens. cap. 146.
num. 9. vbi hanc veriorēm
appellat opinionem.

Quidquid sit ex supra-
dictis, in hac tamen facti
specie distinguendum est,
quod aut confiscatio est fa-
cta per Iudicem laicum,
& tunc cessat pertinentia
dicto Fisco, nam secundum
veriorem sententiam, glos.
in clem. pastoralis, verbo
sententiaz, ubi Imol. n. 70.
& 71. de re iud. & Collect.
in cap. quibusdam, num. 19.
vers. sed numquid, de poea.
in cap. fin. num. 4. vers.
quid si patronatus, de iu-
repat. & Rot. in caus. Aga-
then. Iurisp. 4. Martij 1602.
coram Illustrissimo Domi-
no Cardinali Pamphilio,
tunc non transit Iuspatro-
natus. Vel confiscatio est
facta per Ecclesiasticum, &
tunc quia Iuspatronatus
transit, datur ei pertinetia.

Sed quamvis Iuspatronatus non veniat in censure facta à Iudice laico, nihilominus potest Index Ecclesiasticus declarare de-

re delictum, & confiscare bona Fisco Ecclesie ; & effectus erit , quod Iuspatronatus extinguetur , & Ecclesia remanebit libera sub Episcopi potestate . Imol. in clem. pastoralis , nu. 72. in fin. de re iud. Rot. in vna Lucana Iurispatronatus 27 Aprilis 1627. coram Coccino : quod est verum , quando delictum est commissum in Ecclesiam , & Iuspatronatus sit hereditarium , & non gentilitium secundum distinctionem Doctorū , de qua per Igneū in repet. l. necessarios , S. nō alias , in 1. par. num. 438. vers. vel melius , & nu. 482. vers. similiter , Iuspatronatus , ff. ad Senat. consul. Syl. lan. & sentit Roch. de Iurepat. in verb. ipse , vel is , num. 72. Syluest. licet indistincte loquatur , prout & alij Summisq; in ver. Iuspatronat. quēst. 5. vers. 6. Ang. nu. 36. & Tabien. n. 25. & his adstipulatur quod huiusmodi materia regulatur secundū terminos feudi , & emphytheusis , Roch.

Roch. loc. alleg. Card. in clem. plures , col. fin. nu. 8 de Iurepat. & in feudo , & emphytheusi , Rota admittit prædictam distinctionē , Cyn. in l. 2. in fin. C. de lib. & eorum liber. Bart. in l. 1. num. 2. C. de interd. & relegat. Ias. in l. 2. nu. 192. C. de Iuremphyt. Molin. de primog. Hisp. lib. 4. cap. 11. n. 36. Clar. in lib. 5. recept. senten. S. fi. q. 78. vers. quarto modo , in fine .

S U M M A R I V M .

- 1 *Proximus dicitur qui quoquomodo est sanguine coniunctus .*
- 2 *Proximorū appellatione fæmina comprabenduntur , & nec dum agnati num. 3. & qui sunt ex latere materno num. 5. ex communī usu loquendi , ut ibi .*
- 4 *Consanguineorum appellatione continentur omnes sanguine coniuncti .*
- 6 *Proximorum appellatione maritus , & uxor continentur .*

Ddd 2 7 Pro-

7 Proximorum verbum capi-
tur secundum subiectam
materiam.

ARGUMENTVM.

*Persinencia presentandi qui-
bus competat quoties iuspa-
tronatus erigitur pro se, &
eius proximi oribus.*

RESOLYTIO CXCVII.

Respondi in facti contin-
gentia competere illi
qui de iure proximus dici-
tur qui quoquo modo est
sanguine coniunctus I. du-
dum, C. de contrahend. em-
pt. vbi glos. in verb. proxi-
mis, quæ exponit proximis
idest consanguineis, & Bal.
ibidem in fine dicens pro-
ximum appellari per linea-
sanguinis coniunctum Al-
ciat. in I. proximi num. 5. ff.
de verborum signific. Ber-
tra. cons. 30. num. 3. lib. 1.
Franchus in capit. si pater
col. 63. vers. 27. de testamen-
tis in 6. & Tiraq. qui multa
jura ad id expendit de re-
tra. lign. S. 1. glos. 9. num.

151. foemina tamen prox-
imorum appellatione com-
prehenduntur uti tradunt
Angel. cons. 289. viso facto
col. 1. Dec. cons. 223. num.
3. cons. 253. num. 4. cons.
269. num. 4. cons. 527. nu.
5. cons. 570. num. 10. Tiraq.
de retr. lign. S. 1. glos. 9. nu.
201. Decia. cons. 45. n. 12.
vol. 2. col. 98. nu. 5. vol. 3. &
Simon. de Petris in tractat.
de interpret. vltim. volunt.
lib. 3. interp. 3. solut. 3. num.
10. nec tam agnati, sed etiam
cognati continentur, ve
scribunt Old. cons. 153. &
Dec. in I. bonorum in utra-
que C. lectura num. 1. qui
admitti; ad quod expendo
text. in I. cum alienam, C.
de legat. & possent adhuc
afferrri omnes qui dicunt ap-
pellatione proximorum con-
sanguineum contineri; cum
& consanguineorum appel-
latione veniant omnes san-
guine coniuncti, capit. non
debet, de consang. & affinit.
veniuntque etiam illi qui
sunt ex latere materno Bar.
& Ionol. in I. cum quidam
S. quod dicitur ff. de acqui-
hæred.

hæred. qui de communi
vſu loquendi procedere in-
quiunt; quod probat etiam
Laurus de Palatijs in tra-
ctat. quod stant. mascul. nu.
209. Franchus in d. capit. si
Pater col. 63. vers. 23. post
Bald. ibidem, Cart. Jun. cōf.
39. num. 5. & conf. 44. num.
4. & quod proximorum ap-
pellat veniant maritus, &
vxor tradunt Franchus d.
loco vers. 27. Laurus de
Palatijs ibi num. 213. imò
Francus ibidem ait hoc ver-
bum capiendum esse secun-
dum subiectam materiam,
qua sententia suadetur cū
agnationis, & cognationis
differentia iam sic sublata.
I. maximum vitium C. de
liber. præter. cum simil.
eum ergo hæc sint vera-
clarè patet testaticem in
hoc casu quemlibet Cleri-
cum proximiorem vocasse,
etiam quod ex sua familia
non sit.

S V M M A R I V M .

2 Confanguinitas quando nō
est probanda in certo gra-

du sufficit quod probetur
in genere, quod etiam suf-
ficit quando non tratta-
tur de successione.

Ex donatione per unum
eiusdem cognominis alte-
ri facta presumitur iden-
titas familie.

A R G U M E N T U M .

Pertinensia presensandi qui-
bus competat quoties iuspa-
tronatus erigitur pro se, &
consanguineis.

R E S O L V T I O C X C V I I I .

Respondetur, quod con-
sanguineorum appella-
tiones propriè Agnati con-
tinentur, non autem cognati l. si spurius, ff. vnde cogn.
tex. & glos. in l. consanguini-
tatis, C. de legit. hær. & c.
coniunctiones 25. q. 2. qui
tex. ponderatur consideran-
do quod leges Grecorum
& Romanorum non admit-
• tunt cognatos, sed agnatos
lege. C. de legit. hær. Bar.
cum Apostoli. Bald. optimè
q. declarat theoreticam Bar.
in.

in l. cum quidam S. quod dicitur ff. de acqua. h̄er. Cur. iun. cons. 167. col. 1. vol. 2. & Mand. cons. 69. text. in l. post consanguineos ff. de suis, & legi & Auth. de consang. & veterin. Simon. de Petris de interpre. ver. 2. du bit. 1. sol. 11. num. 21. qui multoscitat, & nouiss. Lancel. Gallia. cons. 96 ex cuius dictis ibi potest responderi ad ea quæ ipse idem in caute dixit, & causa deseruiens in cons. 16. ante num. 65. Est tamen adhoc animaduertendum, quod quando consanguinitas non est probanda in certo gradu, sufficit in genere Anna. singul. 102. qui allegat Calca. cons. 8. & 9. optimè Pacian. cap. 12. num. 38. Mandol. cons. 83. num. 23. & cons. 356. vol. 2. Rubbeus cons. 16. num. 16. Cœphalus cons. 137. num. 38. vers. tolluntur cuam vol. 1. Peregr. de fideicom. art. 43. num. 65. & quando esse probanda in certo gradu procedit in casu successio- nis, quæ non describit ultra

decimum gradum, ita Pe- reg. post alios dict. art. 43. num. 65.

Secundo animaduerten dum, quod ex donatione per unum eiusdem consan guineis facta alteri, præsumitur idem præter familiæ; quia ob coniunctionem sanguinis facta alteri præsumitur donatio, quæ alias non præsumeretur, in specie Cœphal. cons. 90. num. 22. vol. 1. quod tanto magis procedit in casu quo legatum est expressè factum illi, quem testator appellat consanguineum, & idem Cœphal. dicto cons. 90. num. 24.

Quemadmodum patiter ex verbis testamenti, in quibus testator vocat aliquem suum consanguineum, probatur talis consanguinitas nisi aduersarius doceat contrarium Aret. cons. 37. col. 2 vers. tertius modus Surdus in decis. 145. num. 4. qui alios citat, & Peregrin. de fideicommissis art. 43. num. 86. post Socci. quem refert, & sequitur Anna. cons. 88. vol. 1.

SM.

S V M M A R I V M .

- 1 *Idemperitas familiæ in dubio non præsumitur, sed quando secus num. 2. 4. & 5.*
- 2 *Nobiles, & ignobiles in una familiæ esse possunt.*

A R G U M E N T U M .

*Pertinentia præsentandi ad ius patronatus familiare quo-
cies prætenditur ab eo, qui
est eiusdem familiæ; an fami-
lia idemperitas præsumatur,
an vero sit probanda.*

R E S O L V T I O C X C I X .

- 1 *L*icit idemperitas fami-
liæ regulariter non
præsumatur, iusta commu-
niter notata in l. quoties ff.
de probationibus, ita quod
illam allegans teneatur pro-
bare Seraphin. in decis. Ro-
tex 12.

*Verum tamen præsumi-
tur ex sequentibus.*

- 2 *Primo stante eodem no-
mine, & cognomine identi-*

tas præsumitur in specie,
Cæphal. cons. 90. num. 18.
vol. 1. Calcan. cons. 8. num.
2. cons. 9. col. 1. & Menoch.
de præsumpt. lib. 6. præsum-
pt. 15. num. 48. vers. porrò
hæc identitas, qui respon-
det Signorolo cons. 81. nu-
m. 5. qui contrarium videtur
tenere. Et facit cons. Aret.
37. col. 1. ver. maximè pro-
pter identitatem nominis,
& domus, & cons. 102. col.
3. & quamvis in una fami-
lia, vel domo possint esse
nobiles, & ignobiles, vt per
Soccin. cons. 246. colu. 2.
lib. 2. tamen probata nobil-
itate ab extra non præsu-
mitur pluralitas, sed identi-
tas Anna singul. 359. & tan-
to magis probata nobilitate
in eadem Ciuitate præ-
sumitur identitas familiæ.

Secundo ex identitate
insigniorum præsumitur i-
dentitas familiæ Bart. in l.
tutelas ff. de capit. diminut.
Cassaneus in Catalogo glo-
ri. mundi part. 1. consider.
41. fol. 14. Anto. Cioffus
cons. 18. num. 7. lib. 1. no-
m. Ioseph. Rusticus in
tract.

tract. quādo filij in condit. positi censcantur vocati, libro 2. cap. 6. num. 72. fol. 47. & Anna alleg. 57. num. 20. lib. 1. qui citat. Bar. tandem in tract. de armis Cala. in tract. de mod. articuland. & proband. §. 2. glos. vnic. num. 945. vbi pariter Nouarius in addit.

5 Tertio ex accessu ad nuptias, & ex asportatione vestium lugubrium in morte; consanguinitas, & identitas probatur, tenet in specie Anna alleg. 57. num. 28. lib. 1. & ultra ipsum Pac. omnino videndus, in tract. de probat. lib. 2. cap. 12. num. 20. & scq. Cala in tract. de modo articuland. & proband. §. 2. glos. vnic. nu. 947 & Peregr. de fideicommiss. art. 43. num. 88. in fine.

SVM MARI V M.

- 2 Pertinentia acquiritur per mutationem.
- 2 Laicus non potest permute-
re cum Ecclesia.
- 3 Iuspatronatus quando per-
mutatur eum Ecclesia

non requiritur consensus Episcopi.

4 Iuspatronatus de per se con-
federatum non potest per-
mutari.

ARGUMENTVM.

Pertinentia an queratur per permutationem.

RESOLVTIO C.C.

I Nter alias species que-
rendi iuspatronatus est,
& illa quoque, que acqui-
ritur per permutationem
cap. nemini. 16. quæst. 7. tra-
dit Azor. instit. moral. part.
2. cap. 20. quæst. 7. Rocc. de
Curte. de iure patr. verb. ip-
se, vel is à quo; quæst. 16.
num. 28. Zecchius de bene-
fic. & pens. cap. 12. num. 7.
Barbosa de offic. & potest.
Episc. allegat. 71. num. 31.
part. 3. attamen non potest
Laicus permutare iuspatro-
natus cum Ecclesia, acci-
piendo aliam Ecclesiam,
nisi quando Laicus habet
in iuspatronatus vno-
nem cum Ecclesia Archi-
diac.

Tract. de r ouiss. probat. Jurispatren. 401

- diac. in cap. vnico. col.
2. de iurepatr. lib. 6.
Mantic. de tac. & ambig.
conuent. lib. 25. tit. 9.
numer. 42. & 44. tunc
enim ratione dictæ com-
munionis sit permutatio,
etiam absq. Episcopi cō-
sensu, p̄t ut ius patrona-
tus quoties permutesur cū
3 Ecclesia, nec requiri Epi-
scopi consensum probatur
in cap. vnico de Iure pa-
tronatus in 6.
4 Licet regulariter ius
patronatus de per se con-
sideratum nequeat per-
mutari, cum alia re profa-
na, nam committeretur
simonia, Hostiens. in sum-
ma, tit. de Iure patrona-
tus, §. qualiter transfera-
tur, vēsic. Res permuta-
ta Clos. in clem. plures, in
verbo liberē, de Iure pa-
tronatus, Cardin. Zaba-
relli. in cap. cum seculum,
cod. tit.

S V M M A R I V M .

- 3 Pratendens esse patronū
debet probare per gra-

dus distinctos se esse
proximiorem fundato-
ri.

- 2 Vno ex fratribus decla-
rato Cuius, & reliqui
Cuius declarati cense-
sur.

A R G U M E N T U M .

Pertinentia praesentandi pro-
ximioribus fundatoris non
competit ubi non probau-
rint se proximiores fun-
datoris.

R E S O L V T I O . C C I .

I N hac quæstione re-
spōdeo cum decisione
Rotz in vna Viglieuanc.
24.Ianuarij. 1611. Coram
Lugdunē. cuius tenor est.
Domini censuerunt filios,
*quondam Rolands non ei-
je admittendos ad ius pa-
tronatus, & ius presenant-
di l. constas liquidē ex fun-
datione patronatus, prædi-
etum ius suisse referuatum
ad fauorem duorum proxi-
micrum de progenie, & Pa-
rentela Antonij de Collis
Eccē fin.*

fundatoris gradatim, & successiuè in perpetuum; at què, ideo qui Patronatum pretendit, tenetur probare per gradus distinctos se proximiorem esse fundatoris, capit. licet ex quadam, de testibus Ancbar. Cons. 52. num. 7. & 8. Alexand. conf. 82. in princip. lib. 1. Natta Conf. 388. num. 3. lib. 2. Alciat. presumpt. 8. nu. 9. reg. 3. Cephal. conf. 343. nu 3. & 4. Dec. conf. 321. num. 161. Tiraq. de retract. Lignag. S. 1. glos. 16. num. 4. fuit dictum in causa Placentina Cappellania 10. Ianuarij. 1594. Coram R. P. D. Decano Nouar. in opusculo Iuris Pontificij noui, conclus. 3. num. 15. de Iure Patronatus.

Non obstat, quod Ioannes Augustinus, Frater Rolandi utrinque coniunctus fuerit de annis 1558. 1560. & 1567. & 1568. admissus ad presentandum, cum Ioanne Vincen- tio Fratre, & Patre re- spectuè eorum, qui bodie

sunt Patroni. nam ista admissio, vel deducitur ad effectum probandi filius Ro landi esse in quasi posses sione proximitatis; & cum bodie agatur in petitorio de pertinentia iurispatronatus, ista quasi possessio non relevat dictos filios ab one re probandi proximitatem Bald. in cap. per tuas, n. 4. verf. item hoc operatur, de probat. Iaf. in l. neq. profes sio, num. 2. C. de testam. & alios citat deque magis co muni testantur Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 38. num. 2. & 3. Roland. conf. 49. num. 48. lib. 4. Ultra quod possessio Ioannis Augustini non transfuit in filios Rolandi, ut etiam fuit in hac causa decisum 16. lunij 1609. coram R. P. D. Ludouiso tunc Rosa Auditore.

Vel deducitur dicta adm issio ad effectum proban da proximitatis ea ratione quod cum ius presentandi se peccare debeat ad duos proximiiores, presumendum est Ioannem Augustinum fuisse.

- fuisse proximorē postquam admissus fuit ad presentādum, una cum Ioanne Vincētio: probata vero hac proximitatis qualitate in Ioanne Augustino, censiū debeat etiam probata.
- 2 ex Rolando eius Fratre per ea, qua tradit Angel. in Aubent. ut liceat matris, & auia S. I. vers. ad bac in fin. Cott. in verb. sententia data pro uno, Tiraquell. de nobilitat. cap. 17. num. 3. videlicet, quod ubi pluribus fratribus ex eodem patre natis unus pronunciatur Ciuis, Perusinus, censem̄tur etiā alijs fratres Ciues Perusini abque alia probatione.
- 3 Enunciatio antiquissime probans communem hominum opinionem.
- 4 Communis hominū opinio presumitur vera.
- 5 Sententia plenē probat existentiā juris patronatus, & eius naturam in praeiudiciū Ordinarij
- 6 Ius patronatus quando bareditorium, & familiare censeatur.

ARGUMENTVM.

Pertinentia juris patronatus aquiritur omnibus de familia, & agnatione, ubi est erectum pro se, & suis parentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Parentum appellatione in materia fundacionis, Iuris patronatus aveniant parentes.
- 2 Verba perpetuis temporibus, apta sunt comprehendere descendentes de gradu in gradum, propter impunitum statum

I N casu erectionis iuris patronatus pro se, & suis parentibus dicebam in casu mihi proposito, fuisse quęsitam pertinentiam prælentandi omnibus parentibus de familia, & agnatione fundatoris accedit patti, & ma-

tri fūdatoris, per tex. in l. parentes, sc. de verborum significatione, & iuxta-
hanc sententiam censuit, Rota in vna Mediolanen.
iurispatronatus 29. Apri-
lis 1613. coram Piroua-
no, cuius tenor est cum-
patronatus, de quo agitur
ab vna parte pretendere-
tur gentilius, ab altera-
verò hereditarius: Domi-
ni distinguendo tempora
censuerunt fuisse gentili-
tium usque ad annum .
1520. reseruando videre
abinde citra, cuius naturæ
esset, constat enim de ini-
tio fundationis huius Pa-
tronatus ex codicillis Be-
nedicti dicti Rozi, usque
de anno 1024. Regnante
Contado Imperatore, &
eius Imperij anno 9. in
quibus enunciatur tenor
fundationis huius patro-
natus ab eodem Codicil-
lante constituti fauore
suum parentum proximorum,
quibus post obitu-
m suum reliquit ius eli-
gendi successorem utilio-
rem perpetuis temporibus

de eorum parentibus pro-
ximioribus de paterna
parte ad hoc ministerium:
& quoties cunq; iuspatro-
natus parentibus relin-
quitur, certum est id de-
beri à primo relinquente
omnibus de parentela, &
familia vocatorum. quia
appellatione parentum
propter subiectam mate-
riam, & communem usum
loquendi, non est intelli-
gendum de patre, & ma-
tre Codicillantis, sed de
agnatione, & familia ip-
sius Tiraquell. de retract.
consan. §. 1. glos. 8. n. 1.
Menoch. de præsumpt. lib.
4. præsumpt. 88. num. 18.
Pereg. de fideicom. art.
22. num. 31. Rimin. Iun.
loquens de patronatu in
cons. 308. num. 2. vol. 3.

Nec satis factum vide-
tur menti Codicillantis,
ut parentes ab eo nomi-
nati post eius obitum ha-
beant ius patronatus; nisi
etiam ad omnes successi-
vè de agnatione, & fami-
lia perueniat. cum verba
perpetuis temporibus sine-

spca

apta comprehendere descendentes de gradu in gradum propter implicitum statum futuri temporis, secundum opinionem Cumani in l. cum ita S. de fideicommiss. num. 4. ff. de leg. 2. & in l. Gallus S. quidam recte num. 7. versiculo, vbi autem instituuntur ff. de liber. & posthum. quam sequuta est Rota in pluribus causis, ut in Florentina fideicommissi de Detis 3. Decembbris 1607. coram R. P. Mazanedo in una Bononiensi fideicommissi de Pannolinis 10. Decembbris 1610. coram Archibiscope Logdunnen. & alias pluries.

Nec visum est posse dubitari de forma probante Codicillorum, neque de fundatione enunciata in eis: cum predicta enunciatur in sententia Archibiscopi Milonis de anno 1188. in qua Codicilli registrari leguntur; quæ ceteris antiquissima, plene probat in ea contenta,

etiam si enunciatiæ loqueretur, quia probant communem opinionem hominum, quæ presumuntur vera, vt dicit Bald. in l. cum aliquis, C. de iure deliber. num. 4. vers. item quod dicit glo. Dec. cons. 41. num. 9. & 11. Peregrin. cons. 33. num. 20. lib. 1. maximè concurrente obseruantia, de qua dicetur infra, quæ dat fidem scripturis non authenticis, Cyn. inter Bald. cōf. 400. nu. 5. lib. 4. & idem Bald. cons. 401. eodem libr. Bec. cons. 103. nu. 26. Joseph. Ludou. conclus. 38. vers. infertur quarto, fuit dictum in Aretina Cappellaniæ 22. lunij. 1590. coram Comitulo, & Cremonen. Cappellaniæ 14. Junij 1594. coram Illust. Cardin. Mellino:

4 Secundo probatur hæc qualitas gentilicia ex inscriptione antiquissima, posita in Ecclesia, de qua agitur, & extracta supra centum annos, instantie Bernardino de Sellanouæ.

pro.

pro defensione iurispatronatus, in qua illi de Cortesella enunciantur agnati Benedicti d. Bozzij, & descendentes, ac patroni aduocati eiusdem Ecclesiae, cui inscriptioni multum esse deferendum voluerunt glos. in capit. cum causam, de probat. capit. ad audientiam, il secundo de præscript. capit. cum olim, de censibus capi. sanè 24. quæst. 2. Bald. conf. 3 10. lib. 5. & sapius, fuit firmatum in Rota, ut in Hispalen. iurispatronatus de las Cuevas 26. Martij. 1590. coram illustrissimo Cardin. Pamphilio, & 9. Junij 1610. & eo magis augebatur probatio, ex inscriptione, quanto majori longinuitate temporis fulcita apparebat, ex illius verbis, ibi alter vero Benedictus, d. Bozzius, ex progenie DD. de Cortesella natus hunc titulum depingi fecit, qui Benedictus, cum esset in codicillis nominatus, vti testatoris nepos, sequitur

dicendum iam supra quigentos annos inscriptio nem fuisse depictam, vel saltem supra centū, si attendatur tempus secundi Benedicti, qui inscriptioni anni 1293. interuenit.

Tertio prædictis accedit sententia Milonis Archiepiscopi Mediolanensis de anno 1188. in qua actores tunc temporis enunciantur legitimè descendedisse de Nepotibus ipsius Rozzonis ex paterna linea, & insuper declarantur patroni, fundatores, & dotatores, & viisis per Archiepiscopum instrumentis privilegijs, & testibus confirmatur patroni istius Ecclesiae cum facultate in perpetuum eligendi, & præsentandi. quæ sententia cum sit fundata in probatione descendentijs, à Nepotibus Rozzonis, fundatoris qui parentes, vocavit; nulli dubium, quin ut antiquissima probœ existentiam iurispatronatus, & eius naturam esse

get. i

gentilitiam , ne dum esse
in præiudiciū Ordinarij ,
Rota decis. 11. de iure pa-
tronat. Sed,& in præiudi-
cium successorum , quod
minus est , cū habeat vim
tituli , contractus , & in-
strumenti , & per eam ius
patronatus oriatur , & pe-
rimatur, vt dicit Abb. in
capit. quāto, de iud. Paul.
de Cittadin. de iure patro-
nat. 9. pat. quæst. 18. nu.
24. Ferret. conf. 135. nu.
1. vol. 1. Pereg. conf. 33.
num. 18.

Demum concurrit ob-
servantia ex multiplica-
tis presentationibus de-
sumpta, nempe de anno ,
1285. vsque ad annum
1400. ex quibus apparet ,
quod semper agnati de
Cortesellis presentauerunt
& præservationes effectum
sortitæ sunt: que obseruan-
tia sufficeret etiam , vbi
alia non concurrent pro
concludenti probatione
qualitatis patronatus ,
Franc. in capit. 1. num. 5.
de iure patron. in 6. Abb.
in cap. quærelam num. 9.

in fine de elect. Feder. de
sen. cons. 234. num. 3. Fer-
ret. conf. 293. num. 4. lib.
2. quod etiam fuit firma-
tum in Florentina Rica-
tolis 10. Martij 1603. cor-
ram Illustrissimo Cardin.
Lancelloct. & in Lanven.
iurispatron. 20. Decemb.
1604. coram Litta.

Nec prædictis obsta-
re videtur, quod iuris præ-
sumptione , ius patronat.
magis hæreditarium, quā
familiale, & gentilizium ,
sit iudicandum, clem. plu-
res, vbi Cardinalis in 6.
quæst. de iure patronatus
Lambert. de Iur. patron.
2. part. lib. quæst. 2. num.
15. Couar. var. resolut. lib.
2. cap. 18. num. 6. Noua-
rius in suo nouo iuris Pon-
tificij opusculo conclus. 3.
num. 12. de iure patrona-
tus, qui & aliam allegat ,
Rotæ decisionem . quia
conclusio est vera , vbi
coocurrunt dubia probatio;
secus vero, vt in præsenti;
vbi apparet de fundatio-
ne fauore parentum pro-
ximiorum, qui exinde pre-
sen-

sentarunt tanquam Agnati, & descendentes fundatoris, & per sententiam fuerunt declarati successores, & descendentes legitimi, & ad eos ius eligendi, & presentandi peregrinare.

S V M M A R I V M.

- 3 Testatoris voluntas seruanda est in iure patronatus.
- 2 Testator presumitur voluisse excludere eos quos non vocauit.

A R G V M E N T V M.

Ad pertinentiam presentandi an admittantur parentes non vocati à fundatore.

R E S O L V T I O . C C I .

Prima consideratione videbatur pro affirmativa concludendum per regulam illam dilectionis, vbi presumitur in dubio diligere eos, & consequenter vocare argum.

I. cum acutissimi C. de fideicomissis, & I. eum auus ff. de conditionibus & demonstrationibus.

Ceterum contrarium est concludendum, siquidem testatoris voluntas in fundatione iuris patronatus seruanda est. Rota diversi in decisi. 582. part. 4. & qui ab eo vocati non sunt, censemur exclusi I. quidam, ff. de verborum obligat. Paris. cons. 23. nu. 24. vol. 2. Surd. cons. 5. num. 59. & cons. 262. num. 14. Decian. cons. 64. nu. 2. vol. 3. Mantica de coniecturis lib. 9. tit. 15. num. 1. & fundator presumitur voluisse excludere eos, quos non vocavit, & vocare potuisset si voluisset ad tex. in l. 1. §. Sin autem, C. de caducis tollend. Surd. dicto cons. 262. num. 14. Mantica etbi supra, num. 1. vers. ex hoc manifeste, & ita pluries censuit Rota praesertim in una iuriis patronatus 10. Decemb. 1604. coram littera, & iterum

rum in eadem 10. Iunij 1613. Coram Pamphilio,
& alias s̄pē.

SVMMARIVM.

- 1 Familia aggregata non dicitur de stirpe, licet veniat appellatione familiæ nro. 3.
- 2 Priuilegium concessum familia non extenditur ad aggregatam.

ARGVMENTVM.

Pertinentia presentandi, A*n*
competat Familia Aggregata, si iuspatronatus sit familiare.

RESOLVTIO. CCIV.

- 1 **F**acit contra familiam aggregatam quod familia aggregata non dicitur esse de stirpe, & sanguine illius familie, cui aggregata est, & ideo tale ius presentandi non deberet extendi ad illam, prout nec priuilegium, Mohedan. decil. 2. de priuileg.
- 2

Sed pro altera parte cōfert, quia appellatione familiæ venit etiam aggregata, ita ut domus totius, & p̄geniei appellatione venit non solum familia originaria, sed etiam aggregata ex dictis per Bartol. in I. tutelas num. 4. ff. de capit. diminut. Anchar. consil. 152. Gabriel consil. 132. lib. 1.

Pro decisione verò articuli nouissimè videnda est decisio Rotæ in recollect. per Farinac. decil. 697. par. 1. tom. 1. vbi latius examinatur, & discutitur iste articulus, & ideo ad illam Legem remicto.

SVMMARIVM.

- 1 **Q**uilibet Christianus est capax iuspatronatus.
- 2 **S**purius ad honores non trahitur.
- 3 **M**eretrix est obtinet ius patronatus.

ARGVMENTVM.

Pertinentia presentandi, que competit ratione hereditatis

Fff do-

40. Io. Aloysij Riccij Episc. Viciequens.

*donationis, vel alio titulo, an
detur, ubi bares, vel dona-
tarius effet persona turpis.*

RESOLVITIO. CCV.

Præsentandi ius, quod cō-
petit ratione hæreditatis,
vel alio titulo, ut alias su-
pra firmatum fuit, transit
ad omne genus personarū,
quia non debet attendi p-
sonæ qualitas, sed titulus,
quo ad illam transit dum
titulus huiusmodi, præroga-
tiuam dat, atque concedit,
& ideo sufficit titulum ha-
bere, ad finem, ut valeat
præsentatio facta, & possit
quis præsentare.

¶ Quilibet enim Christia-
nus est re ipsa capax iuri-
patronatus ad rectum in c-
piæ mentis, & cap. fulgen-
tius 16. quæst. 7. vnde quā-
tumcunque persona sit cu-
pis, tamen præsentandi tur-
ris est capax.

¶ Et ideo videmus, quod
licet spurius ex damnato
coitu natus ad honores nō
recipiatur, sed facti saltem
infamia reputatur notatus,

ex ijs quæ scribunt DD. in
l. nullum C. de his, qui no-
tant infam. Azo in summa
C. ex quib. caus. irrog. ta-
men à facultate acquiren-
di iuspatronatus non arce-
tur, DD. in cap. cum sacer-
dolum de iurepatronat. Ger-
man. Præpos. & Card. in c-
lege Imperatorum 10. di-
stinct. Rocch. de Curt. in
suo tract. de iurepatron. in
verbo competens alicui q.
2. Bald. consil. 323.

¶ Vnde Meretrix benè po-
test obtinere iuspatrona-
tus, quamvis sit turpis per-
sona, glo. & Archid. in cap.
non sit putanda 1. quæst.
1. Rocch. de Curt. in d. tra-
ctat. iur. patron. in d. vers.
competens quæst. 1. col. 2.
vers. sed hic subor itur quæ-
stio Viuius, qui sic iudica-
tum dicit decis. 134. vbi
scribit non obstat, quod
iuspatronatus sit ius hono-
rificum, ut omnes sciunt, &
patet ex Rubric. de iurepa-
tro. honoresq; plonis infa-
mibus minimè competit,
quia sīm Rocch. in cit. tract.
de iurepat. in rub. illud in-
du-

Tract. de nouiss. probat. Iurispatren.

411

ductū est cōceditur gratio-
sē, & principaliter in benefi-
cium Ecclesiarū ad effectū
ne laici ab Ecclesiarū deuo-
tione detrahantur, vt vo-
luerunt Canonistæ, & præ-
cipuè Abb. in cap. quoniam
de iure pat. quare siue per-
sona sit turpis, siue honesta
semper ius istud præsentan-
di si habeat titulus transfire
debet.

S V M M A R I V M .

1. Probatio iurispatronatus
vigore Concilij est for-
ma, nec per equipollens
adimpletur.
2. Forma addi, nec minui po-
teb, sed undique debet es-
se perfecta nu. 3.
4. Immemorabilis sufficit ad
probandum iuspatrona-
tus, & an publica vox,
& fama nu. 5.
6. Immemorabilis usque
ad quot annos extenda-
tur.
7. Duo anni si deficiant ad
tempus centum annorum
adbuc immemorabile tē-
pus dicitur.

8. Assertio Episcopi multum
iuuat in probatione iuris
patronatus.
9. Arma repræsentant fami-
lia memoriam.
10. Leuiores probationes suffi-
ciunt, ubi lis iurispatro-
natus est inter laicos cir-
ca præminentiam, vel
ubi est lis inter compa-
tronos nu. 11.
12. Iuspatronat. prescribitur
contra alium patronum
spatio 40. annorum.

A R G U M E N T V M .

Probatio iurispatronatus, an
sit facienda iuxta Concilij
formam, quoties agitur in-
ter laicos ad effectum habili-
di præminentiam in Cap-
pella, siue Ecclesia, in qua
pretenditur iuspatronatus,
& non inter Episcopum, &
patronos.

R E S O L V T I O . C C V I .

C Vm esset concessum
in quadam Ecclesia
Regni tempore, quo cele-
bratur dies Festus Purifica-

F f f 2 tio.

tionis Beatae Mariæ Virginis assignari candelam ante alios quibusdam de familia N. tanquam patronis dictæ Ecclesie: vna vice se opposuere nonnulli Nobiles dicti loci, prætendendo illam Ecclesiam esse liberam, & consequenter illam prælationem non esse concedendam alterios præfatis de dicta familia. quare orta hac cōtrouersia apud Archiepiscopum illius diœcesis fuit dubitatum, si constaret de iuris patronatus, ad illum effectum, vt potissimum illi de nominata familia per prius recipere à manu Parochi ante alios, & si nobiliores, candelam benedictam, & sic hanc præcedentiam obtinere: cumque essent pro probatione adducta multa, per quæ de iure patronatus probatio habebatur, licet non ita strictè, prout Sacrum Concilium mandauit; fuit iste iuris articulus ad meam decisionem demandatus, vt iuxta meū votum procederetur.

Quare l. 3. in determina-

tione anceps essem, quia Cōcilium loquens de iuspatronatus probatione, sess. 25. cap. 9. de reformat. generaliter dat formam, & essentiam. Tamen dum pro parte prætensorum patronorum à causæ patrono, prætenderetur illam formam in Concilio requisitam in probatione iurispatronatus non esse necessariam in causa de quo agebatur, stante, quod lis non erat inter Episcopum, & patronos ad effectum conferendi, seu præsentandi Rectores; sed solù inter laicos ad effectum: præheminētiarum. ideo volui, vt hanc prætensionem in iure probaret, qui cum id egisset, placuit pro decisione articuli illius allegationes inserere, cum iuxta illas determinauerim. Teneor autem ipsarum, est ut se quietur.

Satis notum est iurispatronatus priuatorum probationem ex forma conciliaris in tribus consistere, nempe in authenticis documentis fundationis, vel dotationis

nis, in multiplicatis præsentationibus à tempore imme morabili, & in reliquis probationibus, secundum iuris communis normā, ut cautū est in Sacro Concil. Trident. Sess. 25. cap. 9. de reformat.

Quæ quidem probatio, cum sit de forma, ut passim Rotam determinasse legimus, certè succedit, nè possit adimpleri per æquipollens, ut in terminis iurispatornatus notarunt Gonsalez in regul. 8. Cancellar. de Altern. glos. 18. num. . . Garzia de benefic. lib. 5. c. 9) num. 13. Illustrissimus D. meus Commissarius in praxi fori Eccles. resolut. 148. versic. amplia secundo p. 1. Vivian. in tract. de iurepatronatus par. 2. lib. 11. cap. 5. num. 84. & voluit Rota in vna Bononien. iurispatrōnatus 20. Martij 1589. Conram R. P. D. Gyptio, in qua fuit dictum ita pluries Sacra Congreg. Illustriss. Cardinalium Concilij interpreatum declarasse. extat inquit in iure satis vulgata regu-

la, quod forma adunguem, & præcise est seruanda, & adimplenda, nec in illa admittatur equipollens l. 3. S. fin. cum seq. & l. quod per salutem ff. de iur. iur. cum alijs latius, apud Viu. decis. 334. num. 10. Card. Caualer. decis. 612. nu. 18. Christofor. Martius decis. Senel. 93. nu. 8. vbi quod forma statuti, vel alterius dispositionis per æquipollens non adimpletur, alias actus redditur ipso iure nullus, Illustrissimus Dom. meus decis. Cur. Archiep. 349. num. 8. part. 4. Gonzal. in Reg. 8. Cancell. glos. 4. num. 137. Moneta de commut. vltim. volunt. cap. 7. numer. 328. Regens Tapia decis. Sac. Cons. par. 3. num. 5. nam formæ nihil addi, vel minui potest, l. 1. S. opus nouum, ff. de nou. oper. nunciat. cū sit de genere indiuisibilium Pereira de potest. eligendi cap. 7. S. 13. Monach. decis. Lucens. 18. num. 2. Rendin. in promptuar. recept. sentent. titul. 100. num. 5. Regens de Ponte conf. 5. nu.

74.vol. I. Amat. consl. 6.au.
 3. sed omnino vndeque debet esse perfecta ex singulis suis partibus, alias non est forma, iuxta textum in I. si is qui S. quædam ff. ad l. falcid. quem ad id reportat Reg. Tapia memor. decis. 3. num. 20.

Hæc omnia sicuti sunt, vera, ita & illa negare non intendo super hac facti serie, quæ hodie apud Illusterrimum Dom. meum Præsulem Riccium causæ Commissarium decidenda venit.

Nam ad fauorem huius honorifici iurispatronatus plures, quam sufficientes nigerere probationes video, ex quibus ad fauorem Clietuli determinandum esse omnino instatur, prætensis per Magnificum Adversæ partis Aduocatum affirmatis exclusionem, ex eo, quia non constabat de fundatione, & dotatione, nec de multiplicatis præsentationibus non obstantibus.

Et primo quia adiunguntur tales super tertio articulo,

qui deponunt de immemorabili circa huiusmodi patronatum, que immemorabilis sufficit ad illius probationem, Felin. in tractat quando literæ Apostol. noc. patron. ad fin. Put. dec. 58. numer. 9. & 10. & decis. 205. num. 2. lib. 1. Paris de confident. benefic. quest. 28. Gonzalez in Regul. 8. Cancell. glos. 18. num. 89. Garzia de benefic. part. 5. capit. 9. num. 92. & pluries determinauit Rota in varijs casibus.

Qui testes adminiculan-
tur ab alijs testibus in quar-
to articulo deponentibus,
de visu à quadraginta an-
nis, & supra, & de auditu à
Senioribus circa hanc præ-
hementiam, & iura reci-
piendi Candelam in die
Purificationis B.M.V. ante
omnes, & si Nobiles, quod
satis iuuat, ex dictis per Ca-
ualer. decis. Rotæ 174. vt
aliors omictam.

Quinimò debet sufficere
probatio de publica voce,
& fama in antiquis, iunta
præsentim legitima quasi
pos.

Tract de nouiss. probat. iuris patron.

415

possessione , hic probata , per testes. Put. decisi. 60. in fin. & decisi. 140. lib. 1. Rota diuersa decisi. 792. part. 1. Castador. dec. 2. de probat. Achil. de Grassi. decisi. 4. nu. num. 9. & decisi. 6. de iure patronat. Garzia , qui plures ita decism in Rota testatur de beneficijs part. 5. d. cap. 9 num. 83. & seq. Marc. Antonin. var. resolut. lib. 1. cap. 109. num. 30. Barbos. in tract. de officio, & post Episcopi alleg. 72. nu. 43. part. 3. etiam , quod essemus in potentioribus , & suspectis ; quia præsumptio usurpationis non procedit, quando constat de immemorabili. Achil. de Grassi. dec. 4. de iurepatron. Rota diuersi. decisi. 545. numer. 4. par. 1.

Nec obstat dicere, quod in ista immemorabili deficiant duo anni, cum iuxta communem DD. sententiā illa verificetur in centum annis, Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 3. Mascal. de probat. conclus. 103. Rota dec. 520. part. 1. & 584. part. 2.

in recentior. Cappella Tholos. dec. 440. Mar. Antonin. resol. 80. lib. 1. num. 11. Garzia de benefic. par. 12. c. 2. num. 263. Ceual. commun. eōtra. commun. quest. 302. num. 9. Leo in Thesaur. fori Eccles. part. 2. cap. 21. num. 5.

7 Nam respōdetur id minime esse habitorespectu ad tam longeum tempus, cum duo anni respectu census sint uti gaudi aquæ respectu maris, quæ nullatenus accrescit, nec decrescit & ideo non est habenda ratio: parsitas inquam materia excusat, tanquam representans momētum temporis respectu tam diutinæ prescriptiois, & ideo illorum defectus non est habendus in consideratione ad l. si fundum s. plane s. defūdo dotal. Ias. in l. si is , qui pro emptore num. 52. s. de usucaption. Paris. consil. 32. num. 6. & seq. vol. 3. & voluit Rota in vna Florentina Canonicatus 11. Decēbris 1615. Coram R. P. D. Buracto , quād nouissimè reperio

reperio adductam à Lotte-
rio in suo tract. de re bene-
ficiaria lib. 2. quæst. 7. num.
63. qui tamen loquitur in
defectu vndecim. mensium
a tempore centum anno-
rum.

Secundo, quia circa hanc
præheminentiā adest quo-
que assertio duorum lo-
ci Ordinariorum, cui Rota
in huiusmodi materia
iurispatronatus plurimum
semper deferre consuevit
Rota in nouis decis. 11. de
iurepatronat. Rot. diuers. de-
cis. 376. p. 3. Seraphin. dec.
1232. par. 2. Illustrissimæ D.
meus Coccinus Rot. de-
canus decis. Cre-
scens. decis. 2. de iurepatro-
natus Achil. de Graff. dec.
7. eod. et. Caualerius decis.
97. num. 6. vbi assignat ra-
tionem, quia standum est af-
sertioni illius, cui assertio
præjudicat, prout in Episco-
pis, de quorum interesse
agitur circa libertatem be-
neficiariorum.

Tertio, nam in hac Eccle-
sia ante ianuas reperiuntur
apposita insignia, siue Ar-

ma istius, qui in illa hanc
prætendit præheminentiā,
quæ nendum representant,
& conservant memoriam
huius familiæ iuxta doctri-
nam Anchæ. consil. 11. a
num. 4. sed etiam inducunt
præsumptionem iurispatro-
natus, Anania consil. 86. nu-
mer. 2. Ripa in cap. cum
Ecclesia Sutrina, de cauf.
possess. & propriet. num. 97.
Gabriel consil. 196. num.
10. lib. 2. Menoch. de præ-
sumpt. lib. 3. cap. 130. num.
31. Polidor. Rip. obseruat:
68. Illustriss. D. meus caufæ
Commissarius dicta decis.
Cur. Archiep. 231. part. 2.
Rota in Fesulana iurispatro-
natus 7. Februarij 1558.
Coram R.P. D. Bubalo. &
alias sapientiæ.

Quæ omnia simul iuncta
concludenter videntur pro-
bare tale iuspatronatus, tâ
tò fortius, dum non agitur
inter loci Ordinariū, & pa-
tronos, ad effectum confe-
rendi, seù præsentandi Be-
neficiatum, siue Rectorem:
sed solum inter laicos ad ef-
fectum præheminētiæ, quo
in

10 in casu sufficere debent leuiores probationes, & non ita strictè procedendum est, vt notarūt DD. in cap. nobis, de iurepatronatus, & determinauit Rota in Galaguritana præheminentiarū 26.Iunij 1591. Coram R. P. D. Gyptio, in Toletana iurispatronatus 12. Iunij Corā Illustrissimo Cardin. Blanchetto, & recentius in palentina Cappellæ Lunæ 12.Maij 1614. Coram R. P. D. Andrea, iuxta quas decisiones alias obtinuisse, apud Nutrium Apostolicū reminiscor.

Ad quod coadiuandum satis constat illud simile, quod ubi est lis inter cons. patronos admittitur leuiores probationes Cassador. decis. 1. in fin. de probatio. Rota in Soran. iurispatronatus 28.Aprilis 1603. Coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & alias Srpis, vt per Gonzalez in Reg. 8. Cancellar.d.glos. 18. num. 59. Pieleg. in praxi Episcop. cap.5.num.7. part. 2. Barbos. in tract. de officio &

popest. Episcopi allegat. 72. n. 68. part. 3. taliter, quod neque esset necesse servare formam Concilij, etiam si versaremur in potentibus, vt tenuit Rota in Portuen. Beneficij 9. Maij 1595. Coram R. P. D. Corduba cefsat inquam in similibus casibus Concilij assertus rigor 12 & inde videamus iuspatronat. posse praescribi ab uno contra alium compatrionum spacio quadraginta annorum cum titulo colorato Causalcan. decis. 33. num. 8. par. 5 Galefin. in margar. cas. conscient. in verbo iuspatronatus Mar. Antonin. variar. re solut. lib. 1. resol. 108. num. 28. Leon. in Thesaur. fori Eccles. cap. 6. num. 8. in fin. ante eos. Lambert. de iur. patronatus par. 2. lib. 2. art. 5. quæst. 11. quare decisionem causæ ad fauorem harum allegationum expectando, hæc currenti calamo, brevi methodo adduxisse sufficiat, cum agatur, coram eminenti viro, in cuius pectoris scrinio omnium sunt aperta.

Geg. SVM.

SYMMARIVM.

- 1 Allegatio Io. Maria Nouarij I.C. Lucani adducatur circa articulum istius resolutionis.
- 2 Excipiens de iure patronatus tenetur claram adducere probationem, dum agitur ad exclusionem prouisi Apostolici nu. 3.
- 4 Exceptiones quenam sint admittenda ad merita causa, & nu. 5.

ARGUMENTVM.

An executio literarum Apostolicarum impediatur per exceptionem pertinentiam iuris patronatus.

RESOLVTIO CCVI.

IN quadam causa mihi delegata à Sede Apostolica Ioan. Maria Nouarius I.C. Lucanus tanquam Aduocatus, Coram me dicebat, quod prætendens pertinentiam iuris præsentandi, & illam in promptu addu-

cens claram, & notoriam ex fundatione, scilicet vel dotatione, siue ex multiplicatis, & continuaris præstationibus iuxta formam Concilij sess. 25. cap. 9. dicitur reformat. tunc benè executio literarum Apostolicarum impediri potest, sub pretextu, quod ius præstabiliti competit illi familiariz, quæ se opponit. at secus vbiq; ista exceptio ad retardandam exequitionem opponitur aliquè fumo probationis, vt supra, Nam tūc tamquam exceptio requiriens altiorem indaginem rei scienda est ad petitoriū. quod cum fundauerit ex nonnullis iurium fundamētis, placuit allegationes ad hunc finem inserere, & sūt quæ sequuntur.

Illusterrime, & Reuerendissimè Domine. Nescio quo pacto patrocinans pro parte aduersa intendat suspendere, & impedire exequitionem literarum Apostolicarum ad fauorem mei clientuli expeditarum super Beneficio de quo agitur.

tur, dum ex illis apparet prouisum fuisse de tali beneficio per obitum Ioannis de Marinis defuncti in anno 1628. Mense Maij Se di Apostolicæ referuato.

Et licet glorietur banc suspensionem facere, & exequitionem impedire, sub praetextu, quod ipsum beneficium sit de iure patronatus familie dello Gaudio, à qua, & ipsa pars aduersa originem trahere supponit.

2 Tandem rogo aduerti, quod in iure est determinatum, excipienti de iure patronatus aduersus Reservationem ad retardandam exequitionem Brevis, incubere onus afferendi incontinenti probationem claræ, & notoriam ex fundatione dotatione, vel ex multiplicatis, & continuatis præsentationibus, iuxta conciliaris dispositionis formam, de qua cap. 9. de Reformatio. sess. 25. alias tanquam exceptio requirens auctiorem indaginem rei scienda esset ad petitorium, vt pluries

determinauit Rota Romana, & præcisè in iacen. Parochialis 27. Junij 1603. Coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, in Tiburtina iurispatronatus 5. Julij, Coram R.P.D. Pegna tunc temporis Rotæ Decano, in Aretina Cappellaniæ 3. Decembris 1610. Coram Illustrissimo Cardinali Lancelotto, & tandem in Aquilana exequitionis Brevis Lundæ 13. Februarij 1612. Coram R.P.D. Pirouano, vt patet in decis. nouissim. recollecto per Farinac. decis. 381. part. 1. to. 1. qui etiâ voluit dec. 333. apud eundem eodem tom. 1. iurispatronatus probationem debere esse concludentem, dum agitur contra prouisum Apostolicum venientem pro libertate Ecclesiar. quia Ecclesia de iure præsumitur libera, vt latè apud Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 90. qui plura adducit, & in terminis Cavalier. dec. 15 9.

4 Vbi enim exceptiones non sunt claræ, & liquidæ, tam in iure, quam in facto,

Ggg 2 quod

quod nulla tergiueratione celari possunt , nec de illis potest dubitari nunquam sunt admittendz, sed ad merita causa reseruantur l. si quidem,C.de excep. Bar.in l.cum quarebatur,num. 3. ff. iudic.solu.las.in l.ait pretor, num. 23. ff. de iure iur. latius Surd.conf. 2 52. à nu. 7.cum seq.iib. 2.

Et sic procedit illa regula
5 la communi calculo à DD. recepta , quod quando exceptio apparet reluans à principio, non debet reseruari ad merita causa , sed à principio audience dñe gāda est, ut scripsérunt Plot. conf. 73.num. 30.vol. 2.Bijmijus conf. 98.num. 9. Menoch.de arbitr. iud. quest. 53.num. 4. Molin. de primogen.Hispan.cap. 9.num. 39.lib. 4. Mastrill.decis. 8. num. 6. part. 1. vbi quod tuac grauat Iudex si exceptionem reseruet , etiam quod illa respiceret merita ut plenē probauit Menoch. oonf. 367. à num. 5.cum seq. quem sequitur nouissi-

me Castill. dec. Sicil. 124.
lib. 2.

Quæ quidem probatio circa substantiam iurispatronatus non assertor in casu nostro , cum vt voce informai cuncta, quæ producuntur non sunt sufficientia ad iurispatronatus prætensi probationem,& ideo nulla est habenda ratio:& consequenter propterea instaurat pro Bullarum Apostolicarū executione, oppositis a parte aduersa, tanquam friuolis , & absque fundamento minime obstantibus.& hæc breuiter dixisse sufficiat dñ causa agitur Coram eminentissimo viro , & omnium communi Magistro, à quo,& omnes discimus .

SVMMARIVM.

- 1 Non præstato impedimentum, quod de iure non soritur effectum.
- 2 Quod maior pars facit omnes fecisse videntur.
- 3 Amplia etiam in compromissis.

4 Am.

4 Amplia etiam in colle-
ctis.

ARGUMENTVM.

An probatio iusta formam
Conciliū requiratur in iure-
patronat. vniuersitatis ubi
ereditio illius est facta, à mi-
norī parte Electorum; &
Sindicorum.

RESOLVTIO. CCVII.

Respondetur prefata
erectionem jurispa-
tronatus nulliter, & inua-
lide ac contra iuris formam
factam fuisse, & consequen-
ter in eius probatione mi-
norī Concilij rigorem
circa eius verificationem
requiri. siquidem iusta iuris
regulam non entis nullae
sunt partes l. omnia, cū mil-
le concordantibus, ff. si cer-
tum petatur: & quod nullū
est, nullum producit effectū
tex. est in c. non p̄fstat im-
pedimentum, de regulis iu-
ris in 6. ad late tradita per
las. in l. vbi pactum, C. de
transactionibus, quare cum

in actibus per vniuersitatē
celebrandis exigatur maior
pais vniuersitatis, iusta tex-
tum vulgatum in l. quod
maior, ff. ad municipale
late de Franchis in decis. 2.
merito p̄fatum iuspatro-
natus a minori Electorum
parte ereditum, vt non re-
cite, & iusta iuris regulam
reservatum, nullum cense-
tur; & propterea nullum
exigi probationem, cum, vt
supra dicebatur non entis
nullae sine partes, & quod
vbi actus Vniuersitatis em̄
natur, à minori parte sit
nullum, probatur ultra su-
pradicta per tex. in c. per
fundū n. ff. de seruicib⁹
rusticorum p̄diorum, vbi
in ijs, quæ singulare augūt
omnium approbatio requi-
ritur c. quod omnes de re-
gulis iuris in 6. Ripa respo-
lo 93. prout confirmatio in
in officio minime fieri pos-
sit uno ciue relēctante §. fi-
nal. in Auth. de defensorib⁹
Civitatum, R. in singu-
lar. 95. & 602. Felin, in
cap. significauerunt. col. 3.
de testibus, Natura consil.

58.vol. 1. Arnon problemat. 21. Boerius in decis. 549.num. 4. vbi plura ad hoc cumulat.

3 Amplia hoc procedere pariter etiam in compromisso vniuersitatis, in quo requiritur, ut omnes de vniuersitate legitimè congregati communiter consentiant expresse, Abb. in c. cum omnes, de constitutionibus.

Amplia 2. idem procedere in capitulis canonicoř, vbi duę partes canonicoř non possunt recipere aliquem extraneum non canonico ad dandam vocē in capitulo, ut per Felinū in cap. cum omnes, col. 12: de constitutionibus, post Pa normitan. in cap. scriptum de electione.

4 Amplia tertio patiter procedere in imponendis collectis, ut voluit, Guido pap. in decis. 121. vbi firmat, quod in imponendis collectis, seu gabellis requiriatur consensus omnium, nec sufficit consensus unius partis vniuersitatis, ut vo-

luit ante eum Bar. in l. 1. S. ex his igitur ff. de verborū obligationibus, & in l. quod maior, ff. ad municipalem, & habetur per Diuum in c. quod omnes, de regulis iuris.

SVMMARIVM.

- 1 *Actus gestus contra iuris dispositionem non vallet, nec tenet, & si specificè, per legem non retrocessetur.*
- 2 *Actus factus contra legem pro infecto habetur.*
- 3 *Actus inualidus nullatenus praesudicat, neque purgatur.*
- 4 *Actus inualidus ratificari non potest,*
Electio fori absque iuramento perhorrescentia facta non vales.

ARGVMENTVM.

An sententia Canonizans ius patronatus contra formam Concilij sit ipso iure nulla.

RE:

RESOLVTIO. CCVIII.

Dicebatur primo non esse ipso iure nullam, quia in dubio in casibus in quis actus est nullus, non dicitur nullum effici ipso iure, c. cum secundum leges, & quod ibi communiter notatur, de hereticis in 6. Baldus conf. 22. vol. 2. Alexan. conf. 21. vol. 1. & latissime Gratian. disceptationum forentium cap. 340. & facit decisio Magonij dec. 19. & Achil. de Grassi. in dec. vni- ca, de paenit.

Verum contrariam sententiam in facti contingencia putauit meliorem, ac iuri consonam ex eo, quia hoc casu actus dicitur gestus contra iuris dispositionem proinde non valet, nec tener, quamvis ille per ipsam legem specificè non restringatur, ut in reg. quæ contra sunt de reg. iur. in 6. & facit tex. iuxta glos. in cap. nouiter, de his quæ sunt à prelat.

Et conseqüenter actus factus contra legem pro in- fecto habetur, l. non dubium C. de leg. & c. Imperiali 25. q. 3.

Nec ipse actus inualidus præjudicat modo aliquo, l. sicuti, & ibi Bal. col. 1. C. de repud. hære.

Imò actus ipse nullus nō est de iure punibilis, ita Bartol. in l. filium S. quamvis bonorum in fio. ff. de legat. præst.

Quinimò actus factus contra iuris dispositionem non est punibilis, ut in facti contingencia iudicavit, Vi- uius in dec. 32 1. cuius tenor est in facti contingencia libera ut nonnullos ché- tes in varijs diuersisq; penitencie incursis per eos, ita quod ob actus nullitatem obtinueruntur absolutionē, & sic decisiū etiā extitit in Regia Au- dientia Capitinate Apuleg & Comitatus Molisij in an- no 1583. & sequentibus in varijs casibus in ea tunc oc- cursis, atque decisis.

Nee actus inualidus cū legibus exosus videatur pos-

posset aliter ratificari, i. qui aliena ff. de acquir. hered. h. 2. C. commun. utriusque iud. & spec. in tit. de iudic. deleg. ver. quid sic committens, & ibi Bal. in addit. in in vers. quod nulliter.

Et confert pro corroboratione, quia videmus, qđ electio fori facta per miserabiles personas non præcedente iuramento perhor rescentiae, quod est de forma actus, est ipso iure nulla ut colligitur ex dictis per Nouarium in suo tractat. de elect. & variat. fori, questio. 2. sectio. 1. in ultima impressione Neapolitana.

S V M M A R I V M .

- 1 *Heredes quando dicantur vocati ordine successivo, vel quando simul, & numer. 2.*
- 2 *Quid in substitutis.*
- 3 *Heredes exercenti quando non admicantur.*
- 4 *Nominatus prius censetur magis prædictus.*
- 5 *Clausula defientibus ma-*

sculis succedant firming, & bæredes, quomodo instilgatur.

7 *Dicitio, & copulas.*

8 *Relatio est facienda ad proxima.*

A R G U M E N T U M .

Pertinentia presentandi qualiter sit facienda ubi ad insipas ronatus uocantur masculi feminæ, & bæredes.

R E S O V T I O . C C I X .

IN factō ponderabantur verba fundationis, dum in ea, vocantur masculi seminæ, & bæredes, &c. nam ij censetur vocati ordine successivo, prout in successione annorum, non obstante copula, & firmans Bar. Iaf. & alij in l. Gallus S. quidam recte ff. de lib. & posth. Constat in cap. Raynurius S. 2. num. 4. de restam. Kip. i. capax parte num. 54. de rescriptis, Alex. cons. 22. o. 8. vol. 3. Dec. cons. 205. nro. 2. Ruin. cons. 168. num. 9. vol. 2. Curt. iun. cons. 32.

nu. 4.

num.4.latè Clar.in S.testamentum q.80.vers.secunda conclusio.Olasch.decis.81.
num.11. cum seq.Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.8.titul. 14.num. 13. Peregrin. de fidicicom.art. 17.num.4. 26.& 36.& art.18.num. 4. Vnde stantibus & viuentibus-hodie fœminis , non videtur admittendi heredes-exteranei prout est d. Congregatio.

Cæterum addebatur huic fundamento , id verum est in personis , inter quas caderet ordo charitatis,& necessitatis simul:secus in personis in quibus caderet ordo ebaritatis tantum,prout hic Tunc etenim omnes censentur vocati simul , & semel;Dec.consil.95.num. 2.Guidopapa dec.222.n. 1 & consil.135.num.1. Couartuua d. S; 2.num.3.Iaf.consil. 206.num.2.vol.2.Socc. Sta.consil.90.num.1.lib.1. Corn.consil.229.volum.3. Clar.in d.quest.80.vers.prima concl.Olasch. d. decis. 81. num.4.cum seq.& num. 8.Pereg.in d.art. 17. num.

523. & 38. Nisi replica-
retur;quod id verum sit in
institutis,secus in substitutis
ut hic,qui intelligi debene
vocati ordine successuo
Mant.de coniectur.vlt.vol.
lib.8.tit. 12. num. 10. cum
seq.

Secundò qnia ex conie-
ctura mente testatoris , do-
nec supersunt fœminæ spe-
cialiter vocatae;non videm-
tur admittendi heredes ex-
teranei,ob affectionem testa-
toris Menoch.de præsumpt:
l. 4.præs. 16.num.1.& de ta-
li mente testatoris diceba-
tur hic constare . Tum ex
ijs,quaæ dicit Iaf.in d.l.gal-
lus S.etiam si parente num.
3 4.Tum quia testator præ-
sumitur magis prædilexisse
fœminas,quam exteraneos,
ex quo prius eas nomina-
uit specialiter Iason.in d.S.
etiam si parente num. 27:
Mant. de coniect. vlt. vol.
lib.5.tit. 11.num. 13. & lib.
8.tit.4.num. 12.& tit. 9. nu-
m. 7.Menoch. de præsumptio.
lib.4.d.præsumpt. 16.num.
3.cum seq. præsertim cum
d.fœminæ sint ex ipso de-
Hhh seq.

426. Io. Aloysij Ricci Episc. Viciequens.

scēdente, Menoch. d. prēsum. 16. num. 5. & 11. Tū quia quando indispositio ne sit mentio masculorum prout facta fuit in d. fundatione, bæredes extranei nunquam veniunt Ias. in d. S. etiamsi parente num. 22. Paris. consil. 48. num. 23. vo lus. 4. Mant. de coniectur. vlt. vol. lib. 8. tit. 14. num. 13. Pereg. de fidicicom. art. 32. num. 40. & 45. Tuā etiam quia in alia dispositione vo cante descendentes, & quoſcumq; successores etiam extraneos sit interpretatio, vt extantibus descendentibus, extranei bæredes quātumcumq; vocati non ad mittantur, sed tantum illis deficientibus Salyc. in l. 2. quæst. 20. C. de iu. emph. Soccin. iun. in consil. 158. num. 19. cum seq. vol. 2. Pe regrin. de fideic. art. 32. nu. 20. & 40. Caual. decis. 11. num. 5. par. 3. faciunt dicta per Lamb. de iurepatronat. lib. 1. par. 2. quæst. 2. princ. art. 8.

Tertiò allegabatur, qđ vel illa clausula, deficienti-

bus, &c. censeatur etiam repetita in foeminis, & sic sensus sit quod deficiētibus foeminis de linea testatoris admittantur, tunc extra nei Part. consil. 72. num. 39 vol. 4.

Vel quod illa clausula, bæredes, &c. referatur ad fo minas nominata s, nempe, qđ succedant foeminæ, & bæ redes sicut, ponderando copulam, & Lamb. de iure pat. lib. 1. part. 2. quæst. 1. princ. art. 22. num. 1 & q. 2. prin. art. 1. num. 30. & 45 art. 2. numer. 7. & artic. 17. Mant. de coniect. vlt. vol. li. 8. tit. 4. num. 11. Caualc. decis. 31. nu. 13. par. 5. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. nu. 7. Gabr. consil. 196. num. 5. volu. 2. Osasch. d. decis. 81. num. 2.

Vel saltem, quod intelligantur verba dictæ fundationis de bæreditatibus fo minarum vocatarū in deficitum masculorum, cum relatio sit facienda ad pro xima l. si idem S. final ff. de iuri sld. omn. iud. Paris. consil. 24. num. 33. vol. 1. Grat. cōsil.

Tract.de nouiss.probat. Iurispatron. 427

fil. 19.num.4. & 10.vol. 2.Turret.consil.20.num.1 cum seq. vol.1.Rep. de do nat.resp.1.num.7.Rot.Rom. in nouissim. decis.666.nu. 1.par. 1. vade non videtur stantibus foeminiis vocatis posse admitti hæredes extra neos;cum viuentis, non dicatur hærediras, Ias. in leg. gallus S. quidam recte nu. 35.Cuar.in d.c.Rainutius S. 2.num.5. cū seq. & licet illud verbum eorum,sic masculinum, ita ut videatur referri ad hæredes extraneos masculorum deficientium; Tamen hic non est absprudū stantibus rationibus adductis accipi posse pro fēmin. l.i.ff. de verb. sig. l. seruiss ff.de leg. 3.Gabr. de verbo. sign. lib.6.concl.6.num.4. & 7.Peregr.de fideicom. artic.25.num.1.cum seq.

S V M M A R I V M .

- I Persinencia iuris praesandi competis bareditatis successori, sc. etiam, & curatori bareditatis iacentis nu. 2.

- 3 Praesentandi ius quibus nō competat. 3
- 4 Sequester praesentare potest.
- 5 Curator cur datur bareditatis iacenti.
- 6 Tutori competit ius praesandi.

ARGVMENTVM.

Pertinentia iuris praesandandi, an competat curatori bareditatis iacentis.

RESOLVTIO. CCXI.

IN quadam causa vacationis cuiusdam beneficij iurispatronatus, accidit dubitari circa istum articulum, & consultus ego pro affirmativa opinione transiui, vt prius dixeram in decis. Curie Archiep. Neapol. 11. par. 1. ubi dum latius in discussi non oportet amplius repetere, licet dum id eodem articulo esset consultus D. Io. Maria Nouarius qui in eandem descendendo sententiam nonnulla breviter

Hhh 2 ic;

reportavit, placuit illa hic ad commōdum lectoris adducere, & suarū quē sequuntur.

Quamvis eximia Authoritas D. mei Præfusilis Illustrissimi Riccij circa proposicam difficultatem non solum sufficiens, sed & maxima vbi quē terrarum sit, Tamē nē Amico, & clientulo meum quoque, & si tenui votum expertenti deficerē videar concurro cum codem Illustrissimo Domino affirmando, quod sicuti, pertinentia iuris præsentādi transit in hereditatis successores etiam per venditionem, vt per Lambert. de iurepatronatus part. 2. lib. 1. quæst. 5. artic. 15. Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. nu. 8. Molin. de primogen. Hispan cap. 24. num. 27. libro 1. Genuen. in praxi Curia Archiep. Neapol. cap. 61. num. 26. Salazar. de usu, & consuetud. cap. 12. num. 7. Humad. in l. 8. Hispan. tit. 15. part. 1. & alij plures quos consulto omittit, sic pariter transit in

curatorem hereditatis, instantis, qui & poterit ad beneficium iurispatronatus dictę hæreditatis præsente, vt in terminis notarunt Campanil. in diuersi. iur. Canonic. cap. 13. num. 360 Rubric. 11. Barbos. in cap. ex iuteris num. 6. de iurepatronatus, & in tract. de potestate Episcopi allegat. 71 num. 7. & 8. par. 3. Vixi quis modernissimus Doctor in tract. de iurepatronatus libro 4. cap. 5. num. 6. & libro 11. cap. 9. num. 44. affirmas num. 45. ita etiam procedere in curatore dato ventri prægnanti ex l. vbi cumque ff. de ventr. in possess. miscend. quæ opinio nē sola Doctorum authoritate fulciatur, rationem & iungo quidem, palpabilem eò quia generaliter ad præsentandum in beneficio admittuntur omnes, & singuli habentes administrationem fructuum, vt communi calculo scripserunt D D. in c. examinata de iudic Franc. Marc. decis. Senatus Delphin. 4. tom. 1. ubi, per

- per hoc fundauit sequestrarium beneficij habere ius præsentandi Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 25. q. 17. Reginal. in praxi foro penitent. lib. 3. tract. 3. num. 245. & alij quos recollegit Barbos. de potest. Episcopi alleg. 71. num. 39. part. 3.
- 4 Garz. de benefic. cap. 6. parte 5. tom. 1. & tali curatori hæreditatis iacentis speare videmus. vt probauerunt Caualcan. decis. 3. par. 2. Cacher. decis. 55. Anna consl. 108.
- 5 Ultra quod curator datur hæreditati iacenti, vt illum soueat, ei vsq; iura congregate, & non disperdat, & sic tueretur hæreditatis iure, nam in hoc eius versatur officium Gail. obseruat. 130. lib. 2. Capic. dec. 87. & ad materiam Ludouic. concl. 43. vnde debet præsentare ad beneficium iurispatronum intra tempus ne commido priuetur cum respiciat interesse formatum, & utilitatem eiusdem familie merito præsentare potest Curator ipse: debet inquam, sicut

ti, & potest curator huiusmodi hæreditatis iacentis omnia necessaria ad ipsam hæreditatem agere, Bartol. in l. fin. ff. de Bon. author. iudic. possid. Dec. consl. 401. & 519. Roman. sing. 151. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. cas. 150. & alij recentiores paſſim, & confert nam videmus intorem posse præsentare in iurepatronatus pupilli Lambert. de iurepatronat. lib. 2. part. 3. quæſt. 6. articul. 1. Mantic. decis. 40. Rota in antiquis decis. 64. de iurepatronat. Peregrin. decision. 100. quare R. D. Antonium præsentatum à Magnifico Francisko de Ianuario Curatore hæreditatis iacentis, in qua cōstat inesse iuspatronatum; esse omnino instituendum consulo, prout ita iura mandat, & hæc breuiter currenti calamo ad duxisse sufficiat.

SPM.

SUMMARIUM.

- 1 Descendens à fratre uterino non venis in iurepatronatus debito proximiori de linea.
- 2 Linea in arbore consanguinitatis quos comprehendat.
- 3 Linea et verbum in transuer salibus non comprehendit descendentes à fratre uterino, qui non spectant ad lineam testatoris.

ARGUMENTVM.

An descendens à fratre uterino veniat in iurepatronatus proximiiori de linea.

RESOLVTIO. CCXII.

REspondi non venire ex decisi. Rotæ in vna Toltetana Cappellanię 15. Martij 1613. Coram Illustrissimo Caualerio cuius tenor est. Fundator Beneficij mādauerat presentari proximiorem de su linea per li-

neam masculinam seu femininam: dubitabatur an sancte Beneficij buiusmodi uacatione effet preferendus Petrus Aguado proximior descendens ex fratre fundatoris, vel Petrus Martinez. minus proximus descendens à fratre fundatoris ex utro que latere coniuncto.

Hoc dubium fuit pluries in Rosa propositum, & diuersimodè resolutum modo prouina, modo altera parte Corā Iuslo ultima fuit decisi. sub die 8. Februarij 1608. in qua resolutum fuit Petrum de Aguado non contineri inter personas comprehensas in fundatione, & Petrum Martinez. tāquam de linea esse preferendum. & coram me cum rursus dubitaretur, an ab hac decisi. effet recedendum causa de anno prateriso pluries proposita, & dilata tandem Rosa resolutis cōtra Aguadum informantem videlicet standum esse indecisi. & placuerunt rationes adductæ in probata decum enim fundator vocaret presbyterum proximiorem de

sc

su lineaie. Domini dicebant Aguadum descendenter ex fratre uterino non posse dici uocatum linea enim est collectio personarum ab eodem stirpe descendenter continens gradus distinguēs numeros, & pradicatur de tribus speciebus scilicet ascēdenterium, descendenterium, & transuersalium l. i. l. stemmata l. jurisconsultus ff. de grad. Hostien. in summa de consanguin. & affinit. num. 4. & 5. Ioan. Andr. in Arbo bore consanguinitatis, & definitione linea Signorol. consil. 93. ante num. 2. vers. nā linea Bald. consil. 334. nu. 10. lib. 3. Anubar. consil. 95. num. 7. Capic. decis. 159. n. 5. & seq. Ex fuit dictum in dicta decisio. 8. Februarij 1608.

In linea ascēdenterium continentur, pater, mater, auus, auia, pro auus, pro auia & banc lineam Bald. distinguit in duas lineas, scilicet agnatorum ex masculis, & cognatorum ex feminis, ut dicto n. 10.

3 In linea descendenterium

continetur filius, filia, nepos, neptis, pro nepos, proneptis, &c.

In linea transuersalium sunt frater, soror, filii duorum fratrum, seu filii duarum sororum, Paterus Amica, auunculus materterae, & al. ut per Hostiens dicto n. 5.

His postis Domini considerabant, quod cum fundator esset sacerdos per illa verba de su lineaie non intellexit de linea descendenterium suorum, minus de linea ascēdenterium, qui non extabans. unde necessario dicendum est intellexisse de linea transuersalium in qua nullo modo reperitur descendens a fratre coniuncto tantum ex latere matris, quia cum non descendant ab eodem stipite non potest dici de linea, ut dictum est.

Nec obstat visum est, quod fundator vocauerit descendentes ex ea masculina, & feminina, quia id fecit ad tollendum dubium, an descendentes ex feminina dicerentur de linea seu, de linea ipsius fundatoris, sed

432. Io. Aloysij Riceij Episc. Viciequens.

sed non propterea dicendum
est quod inscllexeris de fra-
tre uterino, cum non sit de
linea fundatoris, quia non
descendit ab eodem filio
et quo ipse fundator genitus
est, Paris. consul. 51. num. 10
in fine, & consul. 93. num. 33
& seq. lib. 2. & ideo cum
Aguadus descendat a fratre
uterino fundatoris, & fun-
tor, & ille frater uterinus
non descendant ab eodem pa-
tre, & filio; Domini non
censebant ipsum esse uocatum,
cum nullo de modo sit ueri-
famile fundatorem intelle-
xiisse de linea, in qua ipse
existit ad exclusionem linea-
rum in qua ipse, & alijs uocati
existunt.

Et ita resolutum fuit co-
tra informantem et standū
esse in ultimo loco decis. die
8. Februarij 1608. Coram
Iusto.

SVMMARIVM.

- 3 Iudicio Episcopi multum
defertur in materia iu-
rispatronatus.
- 2 Filiatio ex tractatu san-

quam talis probatur, & ni-
de num. 3.

ARGUMENTVM.

An descendentia à patronis
probetur ex quo Ordinarius
admisit presentationem fa-
ctam uti à descendente.

RESOVATIO. CCXIII.

Respondeo cum decisio-
ne Rotæ in una celiter-
na iurispatronatus 16. Fe-
bruarij 1609. Coram Illu-
strissimo Caualerio cuius ce-
nor est, apposui dubium in hac
causa ad instantiam Illu-
strissimi D. mei Cardinalis
Pinelli Sacri Collegij Deca-
ni, & Rota censuit probari
descendentiam eorum, qui
presentauerunt D. Lauren-
tium presuppositu sine ueri
preiudicio iurispatronatus
cum enim ab Alexandro fun-
datore fuissent relicti duo pa-
tronii huius Ecclesie, uideli-
ces Franciscus Zaffarami-
nis, & Colutius Rubeus satis
videbatur probari descendē-
tiæ presentantium Lauren-
tium

tium ab his duobus; & Primo, quoad descendantiam ex ex Francisco probabatur ex iuribus pro parte Laurentij productis ipsum habuisse Felicem Ioannem, & ab eo relietas fuisse septem filias ex quarumquinque descendebant dicti presentates, quod autem Ioannes esset filius Francisci, id probatur ex pluribus, & primo quia dictæ mulieres in presentatione, quam fecerūt de anno 1527 vocant se filias Ioannis Zafaraminis, & dicunt Franciscum fuisse ipsarum auum paternum; quæ presentatione fuit admissa per Ordinariū, cuius iudicio in hac materia multum deferetur, tamquam factio in sui præiudicium cōtra libertatem beneficij, cuius collatio alias ad ipsum spectare potuisset Rota decis. 11. de iurepatronat. Achill. decis. 7. nu. 5. & fuit dictum in una Meliten. iurispatronatus 10. Martij proximè prateriti. Secundo constabat Ioannem esse filium Francisci, quia talēm se nominat in testamento. Tertio quia

idem Ioannes interuenit de anno 1515. in concordia alias facta à Francisco, & Pasqualina eius filia pro se, & vice, & nomine Francisci sci Patrit sui, & Pasqualine sororis; ex quo videbatur Dominis resultare tractatum Patris, per quem inducitur filiatio Castrensis. cons. 151. sed ad hoc responso lib. 1. & iam quod sit unicus actus Menocb. de arbitr. lib. 2. centur. 1. casu 89 num. 32. Nonarius de elect. & variat. fori quād. 51. sect. 1. Quod autem dicitur mulieres esse filie Francisci constabat, ex testamento Ioannis in quo illas instituit heredes die 11. Aprilis 1525. ex quo testamento resultat ne dum enunciatio, sed tractatus filiationis, unde postea ipse vii tales presentauerunt de anno 1527. & presentatione fuit admissa, per Ordinarium, ut dictum est, & per talem nominacionem testatoris cum institutione censebant Domini probatam esse filiationem, et dicunt plures Doct. & pra-

cipue Arce. cons. 37. in fine
Abb. cons. 6. num. 11. & alij;
descendentia autem praesentia
sanctum ab ipſis mulieribus
probabatur per testes ex-
aminatos, qui cum deponant
cognouisse maritos, & uxo-
res, & specificent nomina,
& cognomina, & matrimo-
nia cū alij signis satis vise
fuerunt probare Dec. consil.
595. num. 3. Alex. cons. 51.
num. 2. & 5. lib. 1. Me-
nosc. de arbitris lib. 2. casu
89. num. 29.

Quod vero ad Colusium,
& eius descendentes proba-
batur ex ipso natum esse
Perseum, qui etiam ipse pre-
sentauit una cum dictis mu-
lieribus de anno 1556. sub-
secuta institutione facta a
Vicario Cardin. Bellonis sue

Episcopi Hoffiens. & Veliser-
ni, & per testes examinatos
probabatur, ex perseo natu-
re Eriliam, qua possea in-
stituit baredem uniuersalē
soci etatem Charitatis, ut in
ipsius testamento in process.
sol. 51. qua societas praesen-
tauit D. Laurentium.

Ex quibus satis visa
fuit probata descendencia
borum praesentantium a
Francisco Zaffaramino, &
& Colatio Rubeo primis pa-
tronis per gradus probatos,
& distinctos Rob. consil. 32.
num. 24. vol. 3. ubi de com-
muni fuit dictum in una
urbe uetana fideicommissi,
31. Ianuar. 1575. Coram Il-
lustrissimo Serapbino, qua
ess decis. 288. par. 2.



DE

DE QVINTA SPETIE

Pertinentiae iuris præsentandi, quæ est existentie in
quasi possessione præsentandi.

SUMMARIUM.

- 1 Status ultimus attenditur in beneficialibus:
- 2 Præsentatus ab eo qui est in quasi possessione præsentandi preferitur.
- 3 Quasi possessio præsentandi attenditur ad effectum præsentandi.

ARGUMENTVM.

An ex issens in possessione præsentandi manuteneri debet in ea.

RESOLVTIO. CCXIV.

Regulariter in beneficialibus attenditur ultima, & immediata possessio, ut fuit dictum in Placenta Archipresbyteratus 17 Martij 1623. Coram Provoano, Oldradus consil. 312 num. 2. in fine Rota decis. 2

num. 2. de præbend. in nouis. & dec. 49. num. 1. de rescript. in antiquo. Felic. in cap. eam, te circa finem, de iurepat. Rocch. de Curte in cap. vlt. de consuetud. se. 4. num. 82. Malcard. de probat. conclus. 172. num. 8. Pur. dec. 2. num. 4. lib. 3. Ludouis. dec. 77. num. 9. & ibi annotat. num. 2. Marescot. var. resolut. lib. 1. capit. 55. vbi latissime Gratian. discep. ptat. forens. cap. 577. num. 13. Cesar de Grassis dec. 4. de probat. Genuen. in praxi Archiep. Neap. cap. 100 & vlt. ideo præstatus ab eo, qui pro se habet ultimum statum, & quasi possessionem præsentandi, preferatur cap. consultationibus, de iurepatron. vbi Abb. numer. 6. nisi in d. ultimo statu esset clausula sine preciadic. aliorum, vel si consensus fuit datus sub condicione.

tione Marescot. vbi sup. nu.
 30. & seq. vel quando ultima possessio est violenta,
 & cum mala fide: quia licet etiam praedo sit in sua possessione manutenendus, & si spoliatus ad illam debeat debeat restitu*c.* in literis,
 de restit. spoliat. tamen si ex eisdem actis constet illū esse prædonem, tunc ei denegatur manutentio, & substitutio, /nno*c.* in cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi Abb. num. 36. de cauf. poss. & propriet. & ita iudicandum esse dicit Menochius de recuperanda possessione remedio primo, num. 113 & Gratian. vbi supra cap. 899. nu. 21. & 22. vel quando adsunt duæ præsentationes ambe compatibiles, vel quando quis reperitur, intrusus in beneficio, vel quando in contrarium constat de beneficijs, & iurispatronatus proprietate, & in actibus negatiuis non datur status, quasi possessionis præsertim in his, quæ sunt merci facultatis, & quando agitur contra superiorum

Marescot. vbi supra num. 53. & seq. ita etiam in iure conferendi attenditur quis sit possessor cap. cum olim, & cap. cum Ecclesia Sutrina, vbi glos. & Doct. de cauf. possess. & propriet. Selua de benefic. par. 2. q. 1. num. 1. Mascardus vbi supra num. 4. pariter ad effectum eligendi attenditur quasi possessio eligentis, c. quærelam de elect. Rot. decis. 6. in fine iuncta addit. de elect. in nouis.

3 Nec non ad effectum præsentādi attenditur quasi possessio præsentantis, qui ultimo loco præsentauit Rota dec. 14. de iurepatron. in antiquis Calderin. conf. vlt. de iurepatron. Put. dec. 189. num. 1. lib. 1. Gonzal. de alternat. glos. 45. §. 2. à num. 6. illudq; procedit dummodo adsit bona fides, & constet de scientia, & patientia eorum quibus præiudicatur, Calderin. consil. 12. de iurepatron. Gonzal. d. §. 2. num. 32. & 35. & quando constat de proprietate iurispatronat. quæ præualet pos-

possessioni ultimus status
non extenditur Abb.in d.c.
consultationib. num. 9. de
iurepatronatus, Seraphin.
dec. 1025. 1227. 1495. &
950.attamen non dicitur
contare de proprietate nisi
per confessionem aduersa-
rij, vel per tres sententias
conformes,Aegid.dec. 103
Gratianus vbi supra d.cap.
577.à num. 13. ad 14. ho-
die tamen, ex d.cap. 9. de
ref. less. 25. Conc. Trid. no
sufficit docere de quasi pos-
sessione,& ultimo statu,nisi
doceatur de legitimo titu-
lo iurispatronat. ex funda-
tione , vel dotatione, &c.
quia derogat non solum ti-
tulo, sed etiam quasi posses-
sioni iurispatronat. aliter
quesiti, quam ex fundatio-
ne seu dotatione : ideo ut
quasi possessio suffragetur,
est docendum de titulo.si
autem semel vacatio con-
tigerit, & patronus laicus,
vel mixtus praesentauerit,
& Coram Ordinario docue-
rit de suo iurepatronat.se-
cundum formam d. cap. 9.
& praevia cause cognitione

& seruatis seruandis Ordinarii
semel approbauerit
d.iuspatronatus,& præsen-
tatum instituerit,tunc salte
in possessorio no tenetur am-
plus docere de titulo , sed
satis est quasi possessio si de
nouo vacauerit,Gonzal.de
alternatiua glo. 18. à num.
23.& de his vide Aug. Bar-
bosam in suis collectan.su-
per d.cap. consultationibus
num.7. de iurepatr. vt fuit
dictum in Cremonen.Cap.
pellaniae 14. Ianuar. 1594.
Coram Illustriss. D. Card:
Millino.

S V M M A R I V M .

I Quasi possessio praesentan-
tandi non quaritur absq;
scientia , & patientia il-
lius extra quem prescri-
bitur, quod limitatur, ut
num.2.3.4. & 5.

ARGUMENTVM.

An acquiratur quasi possessio
praesentandi absque scientia,
& patientia aduersarij ubi
concurrit titulus.

RE-

RESOLVTIO. CCXV.

REsondetur, quod licet quasi possessio præsentandi non queratur absque scientia, & patientia illius contra quem prescribitur saepius à Rota canonizatur in decis. 12. de iurepatronatus, Seraphia. decis. 1432. num. 5. Rota. decis. 167. num. 5. & decis. 184. nu. 1. par. 1. diuersi. Rota. decis. 717. sub num. 3. p. 2. in recen.

Hæc autem concl. quod non acquiratur possessio, sine scientia, & patientia.

2 Primo limitatur, ut procedat, quando ille qui facit actus possessorios habet etiam titulum, quia tunc acquirit possessionem sine scientia, & patientia alterius Cast. in l. seruitutes prædiorū n. 9. vers. 4. requiritur ff. de seruit. Couar. c. possessor. §. initium num. 8. vers. 2. ex. Cepoll. de seruit. verb. præd. cap. 20. nu. 5. Rota decis. 533. num. 5.

par. 1. in recent. quam ad id in facti contingentia allegabat, Coram me tanquam Judice D. Io. Maria Novarius.

3 Limitatur secundò, quod non sit necessaria scientia, & patientia illius, de cuius dominio, vel possessione non constat Rota decis. 423. n. 6. & decis. 608. num. 9. par. 2. in recent. & fuit dictum in Balneoregin. terrarum 23. Maij 1603. coram Cardinal. Sacratu Garz. de benefic. cap. 5. par. 5. nu. 121 ubi firmat non requiri, nisi scientiam, & patientiam alterius possessoris.

4 Limitatur tertio, quod non sit necessaria scientia, quando ageretur de reducendo rem in pristinum statum, puta si ageretur de præscribenda libertate aduersus seruitutem, Couar. in cap. possessor. §. initium num. 8. vers. 1. sententiae.

5 Limitatur quarto, ut non procedat in iudicio manutentionis, quod cum sit sumarijs immo. sufficit docere de actibus possessorijs defa-

facto gestis absq; alia scien-
tia, & patientia Rota decis.
17. num. 7. par. 2. diuersi. &
in tens. dec. 685. sub num.
4. part. 1. vbi tamen Rota
loquitur per verba dubita-
tiva . In casibus vero in-
in quibus est necessaria
scientia, & patientia, illa
sufficierter probatur, &
multiplicitate actuum, ex
diuturnitate temporis, &
ex vicinitate Abb. in capit.
cum Ecclesia num. 25. de
caus. possessor. Rota decis.
179. num. 2. par. 1. diuersi. in
recent. dec. 685. num. 4. p. 1
plenè Garzia de benef. p. 5
cap. 5. nu. 129. & scq.

SVMMARIVM.

- 1 *Quasi possessio presentan-
di acquiritur per unica-
culationem effectum for-
sita.*
- 2 *Vlismus status licet acqui-
ratur per unicum actum
fallit tamen quando in-
actu interuenisset clausu-
la fine prauidicio, & fal-
lit, etiam ut num. 3. & 4.*

ARGUMENTVM.

*Pertinentia surgens ex quasi
possessione praesentandi per
quos actus acquiratur.*

RESOVATIO. CCXVI.

REspondetur per unicum actum effectum sortitum puta per unicam collationem, Federic. de Sen. cōsil. 234. sub num. 8. vers. est dicendum Dec. cons. 226. num. 2. vers. & ista quasi possessio, Ferret. cons. 210. num. 5. & tenuit Rota in una Brachiar. 4. Maij 1598. Coram Lancellotto in qua fuit dictum, quod ad effectum acquirendi quasi possessionem iuris conferendi, sufficit unica collatio effectum sortita per cap. querelam de election. & capit. cum Ecclesia Sutrina vbi glos. in verb. trium Abb. num. 22 Ripa num. 91. de caus. poss. & propriet. Aym. cons. 322. nu. 2.

Et illud procedit etiam in collatione facta per assertum

tum Vicarium, quia per illum Episcopo acquiritur quasi possessio conferendi. Anton. Aug. in repet. tit. de officio Vicarij nu. 20. Quinimò ex collatione facta à Vicario Generali, licet sit facta Episcopo mortuo, & ante successoris aduentum, acquiritur ista quasi possessio conferendi Episcopo successori, non constito, quod obitus praedictus ad notitiam Vicarij peruererit, ut tradit Papazzon. in addict. ad decis. 1. num. 4. de officio Vicarij in nouis, vbi inquit Rotam sic tenuisse in una Licen. Canonicat. & præben dæ Coram Anton. Augustin. per consl. Calder. 4. de offic. deleg.

2 Sed quamvis per unicum actum quasi possessio, & ultimus status acquiratur, ut dictum est, tamen istud declaratur; Primo ut non procedat quando actus esset admissus cum clausula sine præiudicio, quia tunc etiam si esset effectuatus, non tamen ex eo acquireretur quasi possessio conferendi,

aut præsentandi, propter di-
ctam clausulam, quæ præ-
seruat ius tam in petitorio
ita, ut per patientiam seu
consensum præsticum in
illo actu tantum, non autem
in futuris, sibi quis censear-
tur præiudicasse, iuxta tra-
dita per Decimum in cap. cū
accessissent sub nu. 17. col.
pen. vers. 3. limitatur, & ver.
5. intelligitur, & ibi Felyn.
num. 30. vers. 5. Put. decis.
188. lib. 2. & fuit dictum in
una Maioricen. iurispatron.

3 4. Decembris 1587. Coram
Bubalo. Rursus declaratur
ut non procedat in consen-
su dato sub conditione, puta
quatenus beneficium sic
iurispatronatus, & non alias
ut fuit dictum in una Briti-
norien. iurispatronatus, 2.
Aprilis 1601. Coram Card.
Lancellotto, Tertio decla-
ratur, ut non procedat quā-
do compatriotus simplici-
ter præsentauit, quia ex tali
præleeratione non acquiri-
tur quasi possessio præsentā-
di aduersus alium compa-
tronū, sed requiritur quod
præsentauerit priuationem,
quoad

quoad aliud alioquin per præsentationem ab vno cō patrono factam alterius quasi possessio præseruatur iuxa cons. Feder. de Senis 102. in fine cum simil. & fuit dictum in vna Burgen. Cappellaniæ 29. Aprilis 1587. Coram Gypso.

4 Declarat quarto, vt talis actus, ex quo, vel quibus prætenditur acquisita possessio, sit sint clari, & certi non vero turbidi dubij, & obscuri. Nam ex turbidis, & obscuris collationibus, electionibus, aut præsentationibus non acquiritur possessio. Maximè quando titulus præcedens esset contrarius, vt fuit sāpē resolutum in Rota præsertim in vna Tarritima plebis 5. Iunij 1587. Coram Bubalo. Sicut non est locus manutentioni, quando possessio non est clara, sed intricata turbida, & obfuscata, Caput aquen decis. 200. num. 1. p. 2. & fuit decisum in Cesragustana fructuum 13. Ianuarij 1597. Coram Pamphilio. Nec possessio resul-

tans lex actu æquioco, & obscuro releuat. Abbas in cap. 2. si din. de censibus Fe lin. in cap. cum Bertoldus num. 36. vers. merito dicit Abbas, de re iudicata, Decius in cap. in præsentia nu. 58. de probationibus plura tradit Anton. Gometius in l. 45. Tauri num. 96. pariter nec consuetudo inducit ex actibus æquiocis, & difformibus, ac turbidis, Aym. consil. 96. num. 5. & consil. 113. num. 14. Rota decis. 19. num. 6. part. 2. diuers. Rocchus de Curte, de consuetudine sectione 5. num. 68. & 69. Dicit etiam Puteus dec. 29. num. 7. & 12. lib. 2. quod fundans se in statuto dubio non est audiendus Gonzalez in Reg. Cancell. glof. 34. nu. 109.

S V M M A R I V M :

Quasi possessio non suffragatur si fuerit capræcus violencia. & mala fide.

Quasi possessio non calit in negotiis actibus.

Rejeruatio inficit titulum, & possessiones.

KkK 4 Quasi

4 Quasi possessio non attendatur quando constat de proprietate iurispatronatus.

ARGUMENTVM.

Quibus in casibus pertinencia iurispresentandi proueniens ex quasi possessione nihil suffragetur.

RESOLVTIO. CCXVII.

IN quam pluribus casibus pertinentia, quæ alicui competit ratione existentia in quasi possessione praesentandi nihil suffragatur.

¶ Primo ubi constat de violencia, & mala fide possessionis Rota in nouis de. 7. de iure patronat. ubi dicitur collationem, siue presentationem factam per possessorem violencium, de cuius violencia, & mala fide constat non valere, cum mala fidei possessor non faciat fructus suos immo teneatur de extantibus rei vindicatione, & de cōsuptis conditione sine causa lamela C. de rei vendica-

tioa. I. si nauis alias si qui S. fin. eodem titul. I. sed si rem, & S. illorum ergo istis de officiis iudic. Ex quo inferetur cum Anch. in c. cum de beneficio nu. 1. de praebēd. in 6. quod status beneficii regularis, quo alias cōfuerunt ministrare clericū seculares, non obstat interpretanti beneficiū illud tanquam consuetum gubernari per seculares si constat quasi possessionem status praesentis contra meorum antiquum occupatam fuisse, & religiosos esse in mala fide, cum de huiusmodi statu praesenti non sit facienda mentio in litteris secus est sūm Lapum ibidem num. 4. vers. nunquid ergo quando religiosi tempore imputationis bona fide erāt in possessione, vel quasi regendi illud beneficium tanquam regulate, quia tunc non valebunt litterē impreitate de illo, ut beneficio cōsuero clericis secularibus assignari nisi in eis fiat mentio de religiosa possessione per cap. dubium de priuile,

in

in 6. & cap. fin. de decim.

2 Seundo in actibus negatiuis in quibus non datur statutus quasi possessionis, in his præsertim, quæ sunt facultatis, & quando agitur contra superiorē Card. consil. 38. col. 1. vers. 3. quia Felia. in c. cum accessissent zum. 26. vers. ex quo inferatur de constit. Caput aq. de cil. 306. num. 7. par. 1. ubi inquit sic fuisse tentum in una Tirosonon. iurisdictio. Coram Achil. de Grassis.

Tertio quando ad sunt duæ possessiones ambæ cōpatibiles, quia tunc non ultima tantum sic utraque est attendenda, ut tradit Be ninten. decis. 23. in fin.

Quarto ubi quis intrusus reperitur in beneficio reser uato, & confert beneficia, pertinentiam ad collationē dicti beneficij, quia tunc talis collatio non valet, quāvis conferens sit in bona fide nam reseruatio inficit titulum, & possessionem, &

3 ligat etiam ignorantes pro per decretum irritans. Vnde cum talis intrusus non

habent possessionem illius beneficij seu dignitatis referuare saltem talesque habeat iuris adminicula nō facit fructos suos, & consequenter conferre non potest, sic tenuit Rota in dec. 20. de præben. in antiqu. & decis. 8. eod. titul. per Bi gne. tamen si collector ibi in fin. credat contrarium si conferens erat in bona fide, sed illius opinionem non puto veram, ex prædictis. Bene verum est quod eius sententia posset procedere, quando talis detentor fuisse solemnis per triennium in pacifica detentione, & beneficium non esset reser uatum rationē vocationis, apud sedem cū hoc casu illi regula de triennali suffragetur.

4 Quinto quando in contrarium de proprietate beneficij appareret, quia tunc ultimus status possessionis non attenditur, Ferret. consil. 210. num. 7. in fin. vers. 1. non obstat. Hinc est quod licet alias attendatur præsentatio facta à maiori par-

KKk 2 te

444 Io. Aloysij Riccij Episc. Viciequent.
et eorum, qui sunt in quasi
possessione presentandi ni-
hilominus, si constet præse-
tationem, ad alium specta-
re rationem proprietatis,
dicta quasi possessio non
suffragatur, Abb. in cap. cō
sultationibus num. 9. de iu-
repatron. Ioan. Paulus dec.
47. & fuit resolutum in
vna postellana parochialis,
16. Ianuarij 1595. Coram
Blanchetto. Simili quoque
modo quamvis collatio iu-
rispatronatus facta ab Ordi-
nario existente in quasi pos-
sessione libere conferendi
valeat, & præferatur præsé-
tatorio patroni in quasi
possessione, non existentis,
quando fuit facta antequā
constaret de proprietate
iurispatronatus. Nihilomi-
nus si fuit facta postquam
constitit de dicta proprie-
te, præsentatio præfertur
ipsi collationi, ea ratione,
quia proprietas absorbet
causam possessionis cap. cū
dilectus de caus. possess. &
propriet. & declarat Abb.
in d. cap. consultationibus
num. 9. vers. quod ego in-

telligerem, de iurepatron.
Paul. de Citad. eod. titul.
par. 6. artic. 3. q. 7. num. 16.
Dec. cons. 127. num. 1. cons.
149. num. 2. post med. verf.
retent. ista conclusione Lā-
bert. de iurepatron. art. 6.
quest. part. 1. lib. 2. num. 4.
verf. 3. est casus.

SUMMARIVM.

- 1 *Promissiones Apostolicae, an
an tollant quasi possessionem
presentandi.*
- 2 *Promissiones Apostolicae
quando mutant statum.*

ARGVMENTVM.

*An promissiones Apostolicae tol-
lant pertinentiam surgentem,
ex quasi possessione præsen-
tandi.*

RESOLVTIO CCXVIII.

REspondetur, quod licet
ubi de contrario statu
non appareat collationes
Apostolicus faciant cum
collatiū, ut alias diximus
secus tamen est, ubi de vlti-
mo

